res. Dignitates siue ꝓpõnes vl̃es: q̄ maiores sunt: nõ disce
re. sed cognoscere posse Has dr̃ias Arist. & Themistius in
tellexerunt: quas si verbis Aristo. supplebis: relinqtur ex-
põ Themistij. ¶ Verũ Philoponus hũc locũ facilius expo expõ philop.
nit. Ideo nõ p̄tereũdo eius expõnẽ: aliter dicamus: ꝙ cum
dixit oẽm doctrinã fieri: & oẽm disciplinã ex p̄existenti
cognitione: nunc de inuẽtione loquitur: & ꝓponit oñde
re hanc etiã fieri ex p̄existẽti cognitione. Quod vero hoc
rõnabiliter Arist. facere debeat: ꝓbatur: q̄a cognitio dia-
noetica: siue rationalis dupliciter nobis aduenit: aut p̄ do H
ctrinã: & disciplinã: aut per inquisitionẽ: q̄ inuentio dicit̃.
Cõstat aũt in vtroq; mõ ex p̄cognitis quibusdã fieri co
gnitionẽ: quare postq; oñdit alterũ modũ in doctrina vel
disciplina: reliquũ est vt alterũ in ipsa inquisitione vel inuẽ
tione aggrediat̃: vt manifesto liqueat oẽm rõnalẽ cogni-
tionẽ ex p̄cognitis quibusdã accedere. Et in exequendo
hæc anteq̃ de inuentione disputet: ꝓponit prius dicere
de eo quod est cognoscere, vtpote quod vniuersalius est
ipso inuenire: immo vt genus illius, vt dicemus. Proponit
igitur duos esse cognoscẽdi modos. Alterũ quidẽ qñ ali-
quid ante cognitũ hñtes, rursus huic occurrimus obliuio
ne põ intercipiẽte, Sicut cũ aliquẽ vidimus primũ, dein-

I de eius memoriã tenẽtes, rursus hũc videamus, dicimus eũ cognoscere. Quia si obliuio intercipiet, deĩn rursus pšti nã eius cognitionẽ habemus, nõ iã (vt inqt Philoponus) hũc cognoscere dicimus, sed reminisci, & tu intellige Philop. hĩc nõ nos cognoscere tñ, sed simul cognoscere & reminisci, sic igr vnus modus est. ¶ Sed qres vtrũ in hoc mõ oportet si nõ intercipit obliuio, saltem intercipi habitus. ¶ Dicas ꝙ oportet vt habitus intercipiat, & sic primus modus erit, quo aliqd nunc actu cognoscimus, qd prius actu cognouimus intercipiẽte habitu. Secũdus aũt, vt qñ vlis notionẽ hñtes, alicui particulari occurrimus, qd non prius vidimus, deĩn hoc adaptemus vli ipsi, cuius notionẽ tenemus. vt si qs videat magnetẽ lapidẽ ferrũ trahere, siq dẽ nõ pcognouerit prius ꝙ oĩs magnes trahit ferrũ, talis hic nõ dicet cognoscere ꝙ magnes lapis est, qui hoc operatur, Sed primũ discit, si doctorẽ habebit paratũ q doceat

K ꝙ magnes oĩs ferrũ trahat. Si vero hoc pcognouerit, occurrẽs pticulari lapidi, statim cognoscit, qm hic est, q sub illã vlem reducit spẽm. Igit cũ duo hi sunt modi cognitionis. Scđo mõ inqt Arist. inuentionẽ fieri qñ pticularibus quibusdã Theorematibus nõ ante a nobis cognitis primũ incurrimus ab vlioribus qbusdã & nobis pcognitis ipsorũ notionẽ tenẽtes. Ex hisce liquet scire q sit inuẽtio. Est. n. inuẽtio cognitio qdam alicuius cõclonis singularis cuius vlis notio qdã pfuit. Fit aũt hæc hoc pacto, ꝙ pcognita vli notione vt illa omnis magnes trahit ferrũ, & occurrimus huic particulari lapidi, quẽ oculis cernimus esse magnetẽ. Mox damus hãc cõclonẽ ꝙ hic ferrũ trahit, & hęc est inuẽtio & secũda spẽs cognitionis est. n. inuenire cognoscere aliquã notionẽ singularẽ mediatẽ aliquo nobis occurrẽte, q notio singularis pcognita fuit ĩ vli nobis prius

L cognito. Et tũc iuxta ex põnẽ hãc oportet dicere ꝙ discere nõ est inuenire. Sed discere est vlium. nã si hic magnes occurrit nobis, quẽ oculis cognoscamus esse magnetẽ, & antea nõ cognoscebamus oẽm magnetẽ ferrũ trahere, sed a doctore parato cognoscimus, hoc dicimus discere, & ita discere est cognoscere aliqd vle, quod prius nõ nouimus. Quare qtuor sunt, cognoscere, reminisci, discere, & inuenire scđm Philoponũ, est. n. discere de nouo solũ vniuersaliũ q prius nõ nouimus. Cognoscere est vlium tã eorũ q prius nõ nouimus ꝗ eorũ q prius nouimus. Reminisci est cognoscere, q prius nouimus intercipiẽte obliuione. Inuenire est singulariũ, & eorũ quorũ vlia pcognouimus. Quare cognoscere est vt genus ad hæc, põt & his

M addi & sensus, q videlicet est singulariũ assumptionũ qbus obiter inueniẽs occurrit, vt illius videlicet ꝙhic sit magnes. Quo vero ad verba attinet, Philoponus, verba hęc textus aptat dupliciter. Primo vtrisq; cognoscẽdi modis. Secũdo aptat tm secũdo cognoscendi mõ. Mihi aũt vr ꝙ verba hæc debẽt aptari vtrisq; cognoscẽdi modis hoc pacto. Est aũt cognoscere aliq quidẽ prius cognoscẽtẽ, hic est primus modus, quo videlicet aliqd cognoscimus, qd & prius nouimus. Aliquorũ aũt & simul accipientẽ notitiã. Hic est scđs modus, quo videlicet aliquã particularẽ notionẽ accipimus, cuius pcessit cognitio in vli, quã diximus esse inuẽtionẽ. deinde ponit exẽpla secundi modi, & inquit. Vt qcunq; sub vlibus cõtingũt esse, hoc est ea dico secũdo mõ cognosci, q sub vlibus sunt quorũ inueniẽs phabuit cognitionẽ, & adhuc clarius in terminis exponẽs. Primo exponit qũo cognoscitur assumpto, & inqt. Nã ꝙ omnis triãgulus quidẽ habeat duobus rectis æqua

Dubi.

Solutio.

Quid inuẽtio. Quõ fit inuentio.

Discere non est inuenire.

Quatuor cognitiones & qd sint.

expositio uerborũ secundum Philopo.

les pšciuit, hoc. n. cognouit antea non de nouo a parato doctore. Qd aũt hoc, qd in semicirculo est, triangulus sit, simul inducens cognouit. Inducẽs hoc est illi occurrẽs, scđm sensum agnouit. dixit aũt notanter inducẽs, qa cognitio per particularia inductio dicit. at p sensum cognoscimus particularia, vnde siue per plura siue per vnũ particulariũ cognitio semper inductio dr, & p semicirculũ intelligit in manu, qre triãgulus qui est in manu, vt triangulus est, per vniuersale cognouit, at talẽ autẽ triangulũ per inductionẽ ac supraueniẽtionẽ nõ ex quibusdã antepositis cognoscimus, est. n. omnis sensitiua notitia talis, quã nõ cognitionẽ sed simpliciter notitiã appellamus, hoc mõ cognoscitur assumptio, quæ est minor. at inuẽtio videlicet ꝙ tres angulos habeat duobus rectis æqles sine inductiõe & supraueniẽtiõe cognouit, qa in seipso habuit pexistẽ tem rõnẽ vlis illius, videlicet ꝙ omnis triangulus tres angulos duobus rectis hẽt æquales. Igitur simul & semel p sensum inducẽs nouit hoc quod est in manu, esse triangulũ, & statim ipm hr̃e angulos duobus rectis æquales, qa dixit hoc qd in manu est: esse triangulũ: & per sensum deductũ cognosci. Addit. Quorundã. n. hoc mõ disciplina est: quia assumptionũ singulariũ est disciplina hoc mõ: vnde ꝙ hic sit triangulus: aut hic sit circulus: aut aliud quod cunq; nõ nisi per sensum cognoscimus. Propterea subdit: & non per mediũ cognoscit quod est postremũ: assumptiones. n. singulares cognoscunt nõ per mediũ: sed per deductionẽ ex sensu. ¶ Sed dices: dictũ est disciplinã eẽ vniuersaliũ at tũc ait disciplinã esse singulariũ. ¶ Dici põt eũ non dixisse disciplinã esse singulariũ absolute sed hoc mõ hoc est quodã mõ: & large accipiendo ipsam disciplinã: & quia dixit aliquo mõ singulariũ esse disciplinã: quatenus singularia per sensum cognoscuntur: declarat illa eẽ singularia: & inquit. Quæcunq; videlicet singularia eẽ cõtingit: & nõ de subiecto aliquo: & sic patet syllogismũ inuentiuũ fieri quando nos prius nouimus vle: deinde qd' est postremũ siue minor: non per mediũ: sed per sensum cognoscimus: & ipsum vli præcognito applicamus: tunc enim per mediũ ex sensu deductum & sub vniuersali applicatũ concludimus inuentionem: vt ꝙ omnis triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales pcognouimus: quod autẽ hoc quod est in manu: triangulus sit: & per sensum deducimus: & sub illo vniuersali applicamus: quare per hoc medium concludimus: hoc quod in manu est: habere tres angulos duobus rectis æquales. Hoc pacto inuentio fit: & ita ex præexistenti cognitione: cum sit in vniuersali præcognita. Vlterius patet (vt Philoponus inquit) in inuentionibus solũ singularia cognosci: vniuersalia vero minime: sed vel per doctrinam; vel disciplinã. Tertio patet inuentionem ipsam fieri in post assumendo: nam qui inuenit post assumit sub præcognitis vniuersalibus. ¶ Sed occurres & recte: quia multa vniuersalia per nos ipsos inuenimus: quæ non a doctoribus accipimus. Aristoteles enim (vt puto) multas vles notiones adinuenit quas nec a Socrate: nec Platone doctoribus accepit. Igitur inuẽtio nõ est singularium dũtaxat. ¶ Aliqñ nõ diximus demonstratiuã inuentionem, de qua nunc loquitur Arist. nõ esse nisi singulariũ tm, nam inuentio vt hic loquitur, pariter ex vna vli prius nota per doctrinã, vel disciplinam, & ex singulari deducta ex sensu, & sub vli prius nota, accepta. At inuentio dialectica quæ est per probabilia & coniecturalia potest esse vniuersalium: & singulariũ nam

N

O

Subiectio. Solutio.

P

Corola.

Secundũ. Q

Tertiũ.

Obiectio.

Solutio.

A excerptū nā quę dialectice inuenimus vel cōiecturabilr,nō per sen sum deducimus. ¶ Ex his apparet demonstratiuam inuen tionem solū fieri in naturalibus & mathematicis,quoniā solū in illis pñt vniuersalia prius cognosci , & sub vlibus possumus per sensus assumi singularia,vt inde concluda- mus inuentionē.In cæteris aūt sciētijs , in quibus sensibus non vtimur,inuētio demōstratiua non est , sed dialectica

Dubō. tantū . ¶ Sed occurrēs nōne cām per effectū inuenimus,

Solutio. modo causa est vlē quoddā . ¶ Iā diximus & dicemus in naturalibus cāæ inuētionē esse cōiecturalē , & per syllm dialecticū,& ppea in naturalibus inuētio demratiua non fit nisi per sensum in post assumēdo,nā cū cā ipsa inuenit, nō nisi cōiecturabiliter inuenit.Vnde ipsa inuētio multi-

Inuentio multiplex B plex est,est:n.inuentio artiū,& inuētio syllogistica,& hęc est aut dialectica,aut demratiua. Arist.igitur solū de syllo gistica loquit,& nō de omni, sed de demratiua , q̄ fit ab vna vli prius nota,& vna sensuali occurrēte,vt diximus, huius voluit vnū esse pcognitū,& vnā pcognitionē,ē.n. pcognitū axioma siue maior,est aūt pcognitio ,qa vera ē: vel a doctore,vel a seipso p experientiā.Pulchrū est,vi- dere quo nā mō inuētiones artiū rōnaliū vt logicæ & rhe toricæ factæ siut,nā de inuētione artiū operatiuarū Aris. satis dixit in pœmio metaphysicæ.Sed quia hoc transcē dit pñtem librū,iō satis nobis sit locum monstrasse.

¶ Antea uero quā fit inductio uel ratiocinatio facta partim for- tasse dicendū est scire:partim nescire. Quod enim non sciuit si sit simpliciter:id quoquo modo scit. Duobus rectis equales habere patet hoc pacto quidem scire:quia uniuersaliter scit, simpliciter uero nescire.

Aātigit. C *¶ Antequam autē sit inducere,aut accipere syll'gismum:quodam quidem modo fortasse dicendum est scire:modo autem alio non, quod.n.nesciuit si est simpliciter.Hoc quodā modo sciuit,q. duos*

Scd'igitur *rectos habet simpliciter. Sed manifestum est:q. sic quidem scitur, quoniam uniuersaliter scitur. Simpliciter autem non scitur.*

Cōnt. 7. ¶ Verbū qd facit in textu pñti difficultatē est particula aūt quæ græce est ιυρ ,nā hæc particula est aduersatiua,et ita videtur quasi aliquid de nouo insinuare. Sed non ob- stante hoc, videtur mihi Aristo. ex dictis mō vnū quod dā inferre,quo sophisma Menonis soluetur. Et ita parti- cula illa fortasse græce legitur ὦν , quæ latine sonat ergo vel igitur,dictū est enim doctrinā & disciplinā fieri ex p̄ existenti cognitione,& vltimo q̄ etiā inuentio fit ex quo dā vli præcognito,ideo ex his concludēdo, inquit. ¶ An teq̄ igitur fit inducere hoc est inuenire,aut accipere syllo gismū, hoc est doctrinam vel disciplinā sumere per syllo gismum,quodam quidem modo supple ipsum discentē vel inuenientem,fortasse dicendum est scire , modo autē

D alio non, supple dicendum est eum scire. Et hoc declarat solum in inuentione,& supple tu, vt Philoponus supple uit,nam anteq̄ sensu ipso occurrimus occulto triangulo, inueniens nesciuit si est simpliciter supple hoc occultum, triangulus,hoc ignorauit hoc absconsum esse triangulū, hoc quodā modo sciuit,videlicet q̄ occultus triangulus duos rectos habeat simpliciter.igitur tale absconsum par tim scitur,partim nescitur.nescitur quidem an sit omnino triangulus.scitur autem q̄ duos rectos habeat. Ex his vl- terius seipsum exponens concludit. . Sed manifestum est q̄ sic quidem scitur, quoniā vniuersaliter scitur,sciebatur enim omnem triangulū habere duos rectos æquales,igr̄ quo ad hoc scitur tale absconsum. Simpliciter autem nō

Verborū expositio scitur,quia ignoratur absconsum esse triangulum. ¶ Quo vero ad verba attinet,verbum sed illatiue intelligitur, vt E

alibi Arist.sæpe fecit.Potest & hęc lrā,vt Philopono vr̄, expō philop. aliter intelligi,vt solū de inuētione loquat,& sic erit sen- sus,anteq̄ igitur vt inducere supple per sensum , q̄ hoc absconsum sit triangulus. aut syllm per quē sit inuentio, accipere,hoc est anteq̄ fit per syllm facta inuentio, est id quod inuenitur syllō,partim scitū, partim ignoratū.sci- tū quidē vlr,ignoratū vero particulariter. Vnde hoc ab sconsum habere tres,scitur in illo vli præcognito omnis triangulus habet tres.non scitur autē in seq̄a nondū pa- tet esse triangulū.Expō hæc magis placet,quia per hæc q̄ hic ait,soluet Menonis cauillus.¶ Sed dubitabis fortasse. Dubō. quia sequitur de scito omnis triangulus habet tres. Abscō sum in manu est triangulus. Igitur de scito absconsum in manu habet tres . Sicut sequitur de necessitate omne ani- F mal est substantia.Socrates est animal.Igitur de necessita- te Socrates est substantia. ¶ Auer.in paraphrasi tenuit ali- Opinio Auerro. quam vlem posse esse notā vel scitam, qualibet singulari existente ignota,quia stat me scire omnē mulā esse sterilē, & ignorare hanc:quæ in vtero est esse sterilē. ¶ Recentio Rñ. Iuni. in primo res addiderunt posse ,ppōnē vniuersalē aliquā esse necessa riā,quēlibet eius singulari existente contingente, nā hæc vniuersalis omnis homo est animal est necessaria: & tñ quælibet singularis huius est contingens : etiā pōt aliqua ,ppō vlis esse contingēs: qualibet eius singulari existente impossibili:vt hæc est contingens omne animal exñs in domo est leo:dato q̄ hodie sint solū homines:& cōplura alia addūt,Ad regulā aūt Arist.dicūt q̄ ex maiori de ne priorum. cessario in sensu diuiso:& minori de inesse:sequitur cōclō G de necessario eodē sensu,quia qñ maior est in sensu diuiso: subiectū eius supponit cōfuse distributiue mobiliter:& sic sub medio:quod est subm maioris ,ppositionis: pōt sub accipi:at quādo maior est de sensu cōposito:& minor de inesse:non sequitur cōclusio de necessario:qm quādo ma ior est de sensu cōposito:subiectū supponit cōfuse distri- butiue immobiliter:& sic cū non possit sub medio accipi: syllō non erit regulabilis per dictū de omni.Eodē modo dicunt ex maiori de scito credito vel dubitato non se- qui conclusionem de scito credito vel dubitato cū minori Cōfutatio absoluta:nisi qñ maior est in sensu diuiso : & hoc ,pter eandē cām. ¶ Sed licet hæc refelli non possint:non sunt ne cessaria:nec puto esse peripatetica:vt in libro priorū dixi Rña rā. mus:& libro elenchorū. ¶ Propterea dicendū ex maiori de scito credito vel dubitato:& minori absoluta:sequi cō H clusionē de scito credito vel dubitato cōditionatā. Nā vt maior intelligitur:sic debet intelligi conclusio : cū.n. dicit de scito omnis mula est sterilis.Mula accipitur formali- ter vt mula:est.n.sensus de scito omnis mula est sterilis in eo q̄ mula tūc si addatur:hæc quæ in vtero est est mula: sequitur de scito q̄ sit sterilis:non simplr: sed in eo q̄ mu la.sicut sequit necessario oē currens mouet.Socrates cur- rit.Igitur necessario Socrates mouetur in eo q̄ currit. Sic enim accipiebatur maior de necessitate.n. omne currens mouetur sumendo ipsum currens formaliter non pro su biecto currente: nam animal quod est subiectum cursus contingenter mouetur.Sed accipiendo ipsum currens for maliter : sumitur in eo q̄ currens : & sic sequitur Socra- tem necessario moueri:vt currens est.hæc Alexan.& Phi lop.& Auer.primo priorū. Verū hęc raptim sint dicta.

¶ Quod nisi ita sit eueniet ea proficto quæ est in Menone dubi tatio.Aut enim nihil quisquam discet:aut ea quæ scit.

I *¶ Sinautem non, quæ in Menone dubitatio est. Contingit. aut .n. nihil discet: aut quæ nouit.*

Com. 8. Cauillus Menōis secundū quosdā. ¶ Quidā recentiorū cauillū Menonis, quo ipsum scire, tā per doctrinā q̄ per disciplinā destruebatur, sic cōposuerunt. Quod quis discit, vel prius sciuit, vel nō si prius sciuit, igitur nō discit, & ita quod quis discit, nō discit. Sinautē nō prius sciuit, tunc cū ei occurret, nesciet an illud sit, vel ne. Cui expōni Auer. 9. metaphysicæ assentit. Cōm. 9. expō philop. ¶ Sed reuera (vt Philop. inquit) hic dissoluit ambiguitatē, quæ est in eo libro Platonis, qui Menō inscribitur. Ibi. n. Socrate ꝓponēte quoddā theorema, & iubēte definire virtutē illo aūt nequeunte, deinde Socrate inquiēte, quod si q̄rimus, omnino inueniemus, Menō huic sermoni addubitat, & ait ꝙ nulla sit inuētio, nā (vt inq̄t) quod q̄ritur, necesse est aut p̄cognosci, aut minime. Si igitur non sit quod quærit̄ p̄cognitū, neq; si illi occurremus cognoscere po-
K tuerimus, ꝙ hoc sit id quod quærimus. Si. n. Socratē non nouimus, neq; si ei occurremus, ip̄m possimus cognoscere. Sinautē eū ante nouerimus, neq; ipsum dicimur quærere, neq; inuenire, qd' iā sciuimus, q̄re neq; est ipsum q̄rere, nec inuenire ip̄m. Ex his patet, quod Menon inuentionē cauillauit, & nō ipsum scire, quod sit doctrina vl' disciplina. Ad hæc respōdit Socrates, ꝙ inuētio fit ex quibusdā ante cōcessis & assensis, & ita ex p̄cognitis quibusdam, & probauit hoc Socrates per Menonis famulū, quē per interrogationē inuenire fecit theorema quoddā, qd' nesciebat prius ex quibusdā ante cognitis ip̄m ad q̄situ adducēs. Ad formā autē respōdit Aristo. ex his, q̄ Socrates dixit ꝙ nō eadē necesse est noscere, & discere vestigan-
L tē & inuenientē, sed alia quidē quærere, ex alijs vero p̄assensis quæsitorū adipisci inuentionē, & sic Menonis ambiguitas locū nō habet, inquit. ¶ Sinautē nō, hoc est si nō esset, vt diximus, quod contingit idē scire, & nescire. Scire quidē vniuersaliter, particulariter aūt ignorare, q̄ in Menone dubitatio est, cōtinget, & sic haberet locū. Ecce ꝙ Arist. approbat solutionē Socratis, quia ait, si illa solutio nō esset vera, Menonis cauillus relinqueretur insolutus, quē breuibus reperit, & inquit. Aut enim nihil discet, supple si detur ꝙ ante inuentionē id quod inuenitur nō fuit p̄cognitū. aut si detur ipsum esse p̄cognitū, qui inuenit, nō nisi ea, q̄ nouit, discet. Verborū expositio. ¶ Quo vero ad verba attinet, ꝓ discere Arist. hic intelligit ip̄m inuenire, quia vt superius dixit, inuētio est disciplina quædā, saltē largo nomine, & ita per ipsum discere nō intellexit disciplinā, quod ē idē,
M quod doctrina. Cauillus & sophisma, q̄ quo differant. ¶ Dubitatio greçe est aporema, latine cauillus ē. differt autē Cauillus, & Sophisma, sicut ꝓblema & syll's dialecticus: & sicut qō, & demr̄o; est. n. qō: q̄ in fine est conclusio: Demr̄o aūt syll's demonstratiuus, ꝓblema est quādo ꝓ vtraq; sui parte habet syllogismos at syllogismus dialecticus est: qui sumit. Sophisma ergo est: quod habet pro vtraq; sui parte cauillos: qui græce paralogismi dicuntur. Fuit igitur Menonis dubitatio cauillus: & non sophisma: hæc quo ad verba.

¶ Non. p. ita dicendum est: ut quidam soluere enituntur, Scis ne oēm dualitatē esse parem. Annuēti uero interrogato offerunt ei dualitatem quandam: quam quidem non putabat esse: quare nec parem esse. Soluunt igitur non oēm se scire dicentes esse parem dualitatem, sed eam quā sciunt esse dualitatē. Et tamen sciunt quidem id cuius habent demonstrationem acceperunt. Acceperunt autē non omnis eius, quod sciunt esse triangulum: aut numerum: sed simpliciter de omni numero atq; triangulo demonstrationē. Nul-
N *la enim huiuscemodi propositio sumitur: quē tu scis numerū: aut quam scis rectarum linearum figurā: sed absolute de quolibet. ¶ Non. n. utiq; (ut quidā conantur soluere) dicēdum est: nunquid sciuisti omnē dualitatē: quoniam parē: aut non? dicente autē attulerant aliquam dualitatē: quam non opinatus est esse: quare neq; parem. Soluunt. n. dicentes non cognoscere omnem dualitatem parē esse: sed quam sciunt q. dualitas sit. Attamē sciunt quidem id: cuius demonstrationem quidem habent: & cuius acceperunt: acceperunt autē non de omni, de quo utiq; sciunt q. triangulus aut q. numerus sit, sed simpliciter de omni numero, & triangulo. Neq; enim una propositio accipitur eiusmodi: q. quem tu nosti numerum: aut quem tu nosti rectilineum: sed de omni.*

Com. 9. ¶ Alij sophistæ destruxerūt ip̄m scire quod dr̄ doctrina vel disciplina: & vtebantur hoc cauillo: vt placet Philop. si aliquid contingat nos scire: sit istud. Omnis dualitas est par. Sed hoc nō scitur: igitur nihil contingit nos scire: ꝙ
O hoc non sciatur: probabant: & sic. Absconsum in manu triangulus: vel dualitas: vel numerus: vel aliquid tale: sed sit gratia exēpli dualitas. Cauillus. ¶ Et arguūt nos scimus omnem dualitatē ꝙ sit par. Hoc quod in manu est absconsum: ē dualitas. Igitur scimus hoc absconsum ꝙ sit par: cōclo est falsū: quia hoc absconsum nō scitur esse dualitatē: & ita nō pōt sciri ꝙ sit par vel impar: & nō ꝓ minori: quia minor est vera per casum: posuimus n. ꝙ absconsum sit dualitas: igitur pro maiori: sed maior est ꝙ nos scimus oēm dualitatē parē esse igitur cū sit hoc falsum: nō scimus omnem dualitatē esse parē, quod ponebatur: quare nihil nos cōtingit scire. Ex his patet ꝙ sophistæ hoc cauillo destruxerunt ipsum scire: quod disciplina vel doctrina est. Dubitatio vero Menonis destruxit ipsum inuenire. P ¶ Soluunt quidam hunc cauillū: & cōcedūt nos scire omnē dualitatē esse parē. vel oēm triangulū hr̄e tres: & cætera id genus: & tunc ad cauillū dicūt: ꝙ cōclusio debet inferri non simpliciter hāc dualitatē nos scire esse parē: vel hūc triangulū hr̄e tres: sed addito quodā: videlicet quā scimus esse dualitatē: vel quē scimus esse triangulū. Et sic cōcedūt nos scire omnē dualitatē esse parē: & ꝙ hoc absconsum sit aliq̄ dualitas: vt ponebatur per casum: tn̄ ex his nō sequit̄ nos scire hāc dualitatē esse parē. sed quā scimus esse dualitatē: & ita volūt ex maiori absoluta de scito: & minori absoluta sine scito: cōclōnē sequi non simpliciter de scito: sed secū dū quid aliquo addito: vt visum est: inquit. Solo cauilli secūdum antiquos. ¶ Nō. n. vtiq;: vt quidā conātur soluere supple aliū cauillū: quo sophiste destruūt ip̄m scire: dicendū est: & ponit breuiter cauillū: &
Q inquit. Nunquid sciuisti oēm dualitatē. ꝙ sit par: supple si aliquid cōtingat nos scire: aut nō: ꝓbat ꝙ nō contingit nos scire omnē dualitatē esse parē: quia si detur ꝙ nō: iā relinquitur propositū: & inquit: dicente aūt & affirmāte: attulerant aliquam dualitatem quā non opinatus est esse: quare neq; parem ipsam esse contingit nos scire: quia q̄d non scitur esse: non pōt sciri aliquid esse: vt: a: vel: b: esse. Hic breuis erat cauillus: cui adducit solutionē sophistarū: & inquit. Soluūt enim dicentes per syllogismum illū ex maiori de scito simpliciter & minori de esse absoluto: nos non cognoscere omnem dualitatem parem esse: sed quā sciunt ꝙ dualitas sit. Et ita volunt sequi cōclusionē de scito cōditionato: vt ꝙ nos scimus hanc duitatē esse parē: quā scimus esse duitatē. Obiectiones Arist. cōtra antiquos. 1. obiec. ¶ Huic Arist. obijcit dupliciter primo posterioristice sic. Eodē mō scitur cōclusio, quo & ꝓpōnes. Sed nos scimus simpliciter omnē dualitatem esse parem: & nō oēm quam scimus esse dualitatē: & simplr

haec

A haec dualitas absc͠ōsa est dualitas. Igit̃ cōclōnē cōtingit nos scire simplr̃, videlicet ꝙ haec dualitas sit par, & nō illo ad dito quā scimus esse dualitatē (inqt). Attamē sciūt q̄d id cuius demr̃onē q̄dē habēt, & cuius acceperūt demr̃onē, dixit habēt, qa nos scimus q̄dā ꝑ nosmetipsos, dixit acceperūt, quia discimus ex doctore. Verū quouis mō sit sic re eo mō est, quo accepimus vel habemus demr̃onē. Acceperūt aūt vel habuerūt nō de omni, de quo vtrūq; sciūt ꝙ triāgulus, aut ꝙ nūerus sit, sed simplr̃ acceperūt de oī nūero supple ꝙ sit par vel impar, & de oī triāgulo ꝙ sit habēs tres, & supple tu. Minor ēt absoluta fuit ꝙ hoc sit

B triāgulus vel dualitas. Igit̃ cōclusio nō debet eē de scito cōdonato. Haec posterioristice. ⁋ Scđo obijcit huic opinioni prioristice, ē. n. dom in prioribus ꝙ cōclusio debet assimilari alicui ꝓpōni. Mō nulla ꝓpō assumpta est talis q̄lis est cōclo. Cōclo. n. est de scito cōditionato, & nulla ꝓpōnū sit accipit̃ (inqt). Neq;. n. vna ꝓpō accipit̃ eiusmodi, qa nec maior nec minor, ꝙ quē tu nosti numerū, aut quē tu nosti rectil' eū: sed maior accipit̃ de oī simplr̃, & minor ēt accipit̃ nullo adito, q̄re cōclusio debet accipi eodē mō nullo addito, & haec expō ē pulchra, quā Philop. nō cōpleuit. Animaduerte ꝙ fortasse solo horū est data a sophistis ad eundē Menonis cauillū, quo inuētio destruebatur vt per textū proximū patet, & sic graeci intelligūt.

⁋ Sed nihil (ut arbitror) obstat, ut id sciat parti quis quod discit. Sed si hoc pacto uelut ea ratione qua discit eodem modo scirtt.

C *⁋ Sed nihil (ut opinor) prohibet: quod quis discit, sit ut scire, sit autem ut ignorare. Inconueniens. n. non est, si scit, quodam modo, quod discit. Sed si hoc modo, ut discit, sic etiam sciat.*

cō. 10. ⁋ Cū increpauisset hos, ipse uerā ponit pdictorū solutionē, volēs nō esse incōueniens idē ipsum partim quidē nos scire, partim aūt nos ignorare. Triangulū quidē in manu abscōditū in vlī ꝙ duos rectos hēat, sciuimus. In particulari aūt discimus vel scimus de nouo. Cuius exēplū ponit Philop. de hominibus, nā oēs homines in vlī scimus, particulares vero, quos nō vidimus, ignoramus (inqt.) ⁋ Sed nihil (vt opinor) ꝓhibet, quod quis discit, sic supple vno mō, vt scire, alio aūt supple mō, vt ignorare, cuius cām subscribit, & inqt. Incōueniēs. n. nō est, si scit q̄dammodo, q̄d discit, vt si scit vlīter, & discit particulr̃. Sed absurdū est supple sic hoc mō, vt discit, sic ēt sciat. Sic. n.

D idē scđm idē scieret̃, & ignoraretur. ⁋ Quo vero ad verba attinet, verbū sciat, suppletū est, quia Arist. plerūq; more attico ꝓtermittit verbū. ⁋ Iuniores dicunt ꝓ regula ex maiori modali de scito credito vel dubitato, & minori de inesse nō semp sequi cōclusionē modalē de scito credito vel dubitato, q̄m nō quādo maior modalis est de sensu cōposito, nō. n. valet, tu scis oēm mulā esse sterilē, haec est mula. igit̃ scis hanc esse sterilem. Nā sensus maioris est haec ꝓpō est scita a te, omnis mula ē sterilis. Mō sub hac nō pōt accipi haec minor, videlicet haec mula est sterilis, q̄m maior nullius est q̄titatis. Quādo vero maior est in sensu diuiso, tūc syllogismus est vtilis, qa sequr oēm mulā scis esse sterilē, haec est mula, igitur scis hāc esse sterilē. Nā maiori illo mō sumpta pōt sub medio subaccipi minor. ⁋ Sed certe haec nō cōueniunt Arist. verbis, nec alio rū peripateticorū, nā si ita esset. Arist. nō debuisset tm̄ laborare in soluendo cauillū sophistarū, potuisset. n. dicere maiorē esse verā de sensu cōposito, & sic syllm̄ ex ea fieri nō posse, atq̄ ipse cōcessit maiorē, & minorē, & dixit cōclusionē valere ꝓ tāto, quia tu scis hanc mulā absc͠ōsam

E esse sterilē, & ignoras hāc esse sterilē, scis hāc esse sterilem sciētia vlī, qua scis vlīter oēm mulā esse sterilē, in eo ꝙ mula: & ignoras hāc particulariter esse sterilē: q̄tenus est haec: & ita si esset: vt recētiores dicūt. solutio Arist. esset nulla. Vnde pōt q̄ri cū Arist. cōcedit maiorem illā: tu scis oēm mulā esse sterilē: vel cōcedit eā de sensu diuiso: & sic sequr hanc mulā te scire esse sterilē sciētia particulari: & nō tm̄ sciētia vlī. Sin aūt cōcedit illā de sensu cōposito: cū cōiugatio sit inutilis: ex ea nec sequitur te scire hanc mulam esse sterilē sciētia vlī. nec particulari: cū nihil sequat̃. Propterea haec quae isti dicunt: vt mihi v̄r: nō sunt pipateti-

Dub. 1. Solutio. ca. ⁋ Quaeres fortasse vtrū cōtra stet nos scire aliquod sciētia particulari: & nescire sciētia vlī. An ꝙ fieri pōt: nā sciri

F pōt. ⁋ Aequicruri triāguli duo latera reliquo sunt maiora: nequaq; triāguli omnis. Et sic particulare cognoscit: vlē minime. ⁋ Quaeres secūdo: vtrū sicut cōtingit aliqd

Scđa dubitatio. Solutio. sciri & ignorari secūdū diuersos modos: cōtingat idē sciri & nesciri scđm eundē modū cognitionis. ⁋ An cōtingit qa idē pōt sciri demr̃one directa: & nesciri demr̃one ducēte ad impoē: & ecōuerso. Nā oēm Diametrū cōmēsurabilē esse costę demr̃one ad impoē sciri pōt: recta aūt demōstratione & ostēsiua nōdū attētatū est. Quare idē Theorema scit̃ demr̃atiue: & nescitur demr̃atiue: sed scđm diuersam spēm demr̃onis. Praeterea idē scitur sciētia an sit: & nescitur sciētia quid sit: vt aliquis scit astra eē: quid sint

G ignorat. Quo vero ad graeca verba attinet: debes scire ꝙ in graecis codicibus sic est. Absurdū enim si quod nequaq̄ nouit addiscit. Sed si ita plane sicut q̄tenus addiscit: & q̄ō. Quā literā Philoponus legit particula negatiua ꝓposita ad verbum illud absurdū: hoc modo. Non absurdum enim est: & hoc transtulimus.

⁋ Scire autē unumquodq; rē simpliciter, sed non ut sophistae per accńs arbitramur. Cū cām ob quam res est, illius cām esse, & fieri non posse, ut res aliter sese habeat, cognoscere arbitramur.

⁋ Scire autē opinamur unumquodq; simpliciter. Sed non sophistico modo: quod est secundum accidens. Cum causam arbitramur. cognoscere, propter quam res est, quoniam illius est causa, & non est contingere aliter se habere.

H ⁋ Cum declarasset doctrinā siue disciplinā & inuentionē fieri ex pexñti cognitione: & soluisset cauillos Menonis: & sophistarū nunc trāsit ad tractandū de demr̃one ipsa: vt quid nā sit demr̃o: & ex quibus. Prius tamē definit ipsum scire, vbi primo animaduersione dignū ipsum scire siue scientiā multifariā ab ipsa demr̃one differre. Primo quia ipsum scire notius est, nā multi sunt, qui scire se opinantur. Ignorant autē quid sit demonstrare. Secundo scire est affectio quaedam, quae de rebus nobis accrescit, demōstratio autē via, qua haec affectio de rebus accrescit. Tertio scientia est vniuersalior demonstratione, nam demonstratio omnino est scientia, non aūt omninō sciētia demr̃o est, nā cōes notiones scientiae sunt quidē, demr̃ones aūt minime, quippe cū cōes notiones indemr̃abiles sint scientiae. Secūdū igitur Philoponū hic sumit scire ꝓ demr̃one, nā secūdū ipsum idē est scire quod hic definitur, & demr̃o. Ego vero bene volo ꝙ ipsum scire hic definitū est demr̃atiuū, non tamen demonstratio, quia scire est affectio, demonstratio est via ad illā, vt ipsemet dicit. Definit igitur ipsum scire prius q̄ ipsum demonstrari, qa notius est, nam multis videt̃ aliquid scire, nō aūt demr̃are, quia ignorāt, quid sit demr̃atio (inquit). ⁋ Scire autē simpliciter, sed non sophistico modo, quod est secundū

Marginal notes (left): Secunda obiectio. Primo po rū. 17. & 39. — cō. 10. — Verborū expositio — Quae iun. — Cōfutatio

Marginal notes (right): Cōml. xi. Cōtinuatio. Scire a demōstratio ne q̄ō differat. Prima differentia Secūda. Tertia. — Oplo Ph. Propria positio.

I accn̄s, opinamur vnūquodq; simpliciter.i.proprie, vnūquodq; idest q̄situ̅, qđ in fine erit conclusio, q̄si dicat. Scire aūt simplr̄.i. ꝓprie, quod scire ꝓprie, nō est scire sophistarū more, qui sciūt scđm accn̄s. Opinamur vnūquodq; q̄sitorū scibiliū. Cū cām pp̄ quā res est, idest cū cām, qua res idest q̄situ̅ est, arbitramur cognoscere, qm̄ illius est cā: & ꝓpter quā supple nō est cōtingere aliter se hr̄e, res illa siue quaesitū illud. ⸿Quo vero ad uerba, attinet, debes scire syllorū esse triplicē dr̄iam, alij enim sunt sciētifici, alij captiosi, alij inter hos medij de sciētificis nūc dicit, At medij sunt, vt qui ex verisimilibus astruunt, nec scientifici, nec captiosi, vt ille vir cōptus adornatusq; est. Igit̄ mechus. Prę terea ille uir noctu vagatur, igit̄ fur est. Insuper lac habet haec mulier, igitur peperit. Hi.n. syllogismi

Expositio uerborū. Triplex dr̄ia syllogismorum. Syll̄i ex verisimilibus.

K iudiciarij sunt ac ex verisimilibus, non autem scientifici, quia possibile est aliquē cōptum esse, & non mechū, & noctiuagū, nō aūt furē, & habere lac & non pepe risse. Captiosi sunt dupliciter, vt quando qđ substātiae inest, putatur inesse accn̄ti, vt si animal insit ipsi Cygno credatur inesse ip̄i albo sic. Omnis Cygnus aīal, Omnis Cygnus albus.

Captiosi syll̄i dupliciter.

L Igitur albū animal. Vlterius albū animal, omne albū color, igr̄ color animal. Aut quādo cōtra creditur qđ accidēti inest, substantiae inesse. Vt oē albū color, albū pomū, igitur pomum color. Itemq; motus est in mobili: Tempus ē in motu. Igitur tēpus ē in mobili. Ex his patet captiosos syllogismos esse qui ab accn̄te faciūt

M delusionē. Nō autē omnis syll̄s qui ē ab accn̄te est sophisticus, nā si dixero fumus hic est, igit̄ ignis, ab accn̄te est, non tn̄ sophisticus, sed probabilis a verisimili, sed quia tā captiosi q̄ probabiles ab accn̄te ꝓficiscuntur iō captiosi, qui paralogismi sunt, captiosi sunt. Alij vero sophistico more proficiscentes, nō tn̄ captiosi, de more quidē sophistico, quia ab accn̄te, non aūt captiosi, quia non deludunt, & qm̄ syll̄i ab effectu sunt ēt ab accn̄te, est.n. effectus ve-

Syll̄i ab effectu sunt ab accidēte.





lut accn̄s cāe, vt cū dixero hic fumus est, igit̄ ignis. Iccirco inquit. ⸿Scire simplr̄ hoc est demr̄atiuū, qđ est scire ꝓprie, nō ab accn̄te vel effectu ipso, qđ est sophistico mō, licet non oē sophisticū, quasi dicat: scire aūt simplr̄.i. propriae, sed nō sophistico mō, qđ est ab accn̄te: nā scire ab effectu, & scire a verisimilibus: & scire sophisticū: omne tale est scire more sophistico, quia ab accn̄te: licet nō oē sit scire sophisticū. Scire dico tale demr̄atiuū: est quo nos arbitramur cognoscere vnūquodq; quaesitū per cām, qua illud est: & qua illud est necessariū: q illius q̄siti sit cā. Ex his patet q a definitione ipsius scire excludit scire per effectū siue p̄ signū: qa oē tale est ab accn̄te: & de more sophistico: nō tn̄ sophisticū. Addit cū cām arbitramur cognoscere: pp̄ quā res est. Qm̄ cā duplex est: remota ut O esse animal ē cā respirādi: & ꝓpinq̄ vt hr̄e pulmonē: cā quidē remota nō est: ꝓpter quā res est: non.n. equus respirat: qa animal est: sed qa pulmonē hēt: uerū est tn̄ q si nō est aīal: nō respirat. Addit q illius sit cā: qa ꝓprie idest scire: qn̄ videlicet per cām ꝓpriā scimus ip̄m q̄situ̅ q illius q̄siti sit cā qa nisi cā ad q̄situ̅ referat̄: nunq̄ q̄spiā sciet. Et qm̄ duplex est q̄situ̅ vt quod est: & cōtingit aliter se hr̄e: vt terra mouet̄: mouet̄.n. de inesse nūc & hinc ad horā cessante terre motu nō mouebit̄. Aut qđ est: & nō cōtingit aliter se hr̄e: vt triāgulus hēt tres: iō addit pp̄ quā res est: vt sunt q̄sita physica: & pp̄ quā nō cōtingit aliter se hr̄e: vt sunt q̄sita mathematica. Scire igit̄ est per cām qua res ē: vt in physicis: & qua res ipsa est necessaria: vt in mathematicis. ⸿Dubitabis fortasse cū triplex sit demr̄o: vt Auer. P vbiq; sentit: videlicet qa: siue demr̄atio signi: ꝓpter quid quaeq; dr̄ demr̄o cāe: & demr̄o simplr̄: cuius mediū ē nobis & naturae primo notū. ēt triplex erit scire: iō q̄rit̄ vtrū hic vl̄iter definiat̄ ip̄m scire. ⸿Them̄. & Philop. hic autumāt Arist. hic definire scire ip̄m simplr̄ hoc est ꝓprie: & cū dr̄ [sed nō sophistico more] excludit solū scire sophisticū igit̄ oē aliud describit. Dicas q excludit oē scire qđ sit more sophistico: qđ ē ab accn̄ti: mōstrat aliqd sciri more sophistico: & nō eē scire sophisticū. Scire igr̄ qa ē scire more sophistico: qa ab effectu: q videt̄ accidere cāe. Quare scire hic definitū est scire ꝓpter qd: vel simpliciter cuius mediū est nobis & naturae primo notum.

Cā dupl. remota et ꝓpinqua

Duplex q̄situm.

Demr̄o triplex. Auer. 2. cell.35.et pe.mo phy.2. Quęstio pulchra. Rñ. The. & Philo.

⸿*Patet igitur ipsum scire tale quid esse. Nam & hi qui nesciunt: & hi qui sciunt: ita sese habere putant, quorum ipsi scientes & ita sese etiam habent.*

⸿*Manifestum itaq; quod tale quid ipsum scire est & nāq; non scitentes, & scientes opinantur ipsum sic se habere, Verum scientes habent quoq;.* Q

⸿Nūc dictā de ipso scire definitionem probat eo iudicio quo significationes nominum probatur: quia vt secundo topicorum dicitur: Loquendū vt plures: sentiendū vt medici & sapientes: & ita probat per consensum omnium: tam eorum qui arbitrantur se scire: & non sciunt: vt sophistae: q̄ eorum: qui arbitrantur se scire: & sciunt: vt sapientes: & inquit. ⸿Manifestum itaq; q tale quid ipsum scire est: vt supple definiuimus: & nāq; non scientes vt sophistae: & scientes: vt sapientes opinatur ipsum scire sic se hr̄e. Verū scientes habent quoq; sophistae autem arbitrantur habere: & nō habēt. Quare cōsensu scire erit (vt dictum est) per causam propriam: qua res est cognoscere. Sophistarum & non scientium duo sunt exempla: quaeritur aliqn̄ cur plebs: quae graece laos est: dicta est a graecis laos: causam huius arbitrantur assignare: quia post diluuium

com.13.

Deucalion

A Deucalion Ioue imperāte ad homines regenerandos re-
tro post terga iecerit lapides, qui græce laæ dicunẽ: quare
plebs dicitur laos græce, qa a lais genita fuit, hāc putant
cām, verū nō ē hæc cā. Alij putāt terrā cōsistere ob rapi-
dā cœli circūuolutionē, asserētes se scire. ⁋ Iuniores aūt ꝓ
Quæ iuniores. Egi. &c. bare enitunẽ hāc definitionē, quā Arist. dedit, esse de ipso
scire definitionē. quā Arist. dedit, esse de ipso scire defini-
tionē. Primo, qa scire ipm est rerū, q̄ sunt. Oē aūt qd est,
eo quidē mō scit, quo mō est. Quare si sua ꝓpria cā est,
sua ꝓpria cā scietur, q̄re ipm scire erit p cām cognoscere.
Secundo Secūdo, intellectus noster in sciēdo causat a rebus. res ip-
se aūt a ꝓprijs causis. Igitur intellectus in sciēdo causabit
a rerū causis, nā qcquid est cā causæ, erit etiā causari cā.
Tertio. Tertio, veritas est ęquatio q̄dā intellectus ad rē. mō intel-
lectus nunq̄ æquabit rei, nisi ipse ad eius rei principia ac
B cās redeat. igitur scire erit per cām. ⁋ Sed circa hæc occur
cōfutatio & primo. Cap. 2. res, qa vt dr̄ secūdo huius, aliud est demr̄are rē esse ita, &
aliud definitionē rei. Possum. n. demonstrare hominē esse
animal rōnale sine petitione principij: sed hominē eē ani-
mal rōnale in eo quod qd est, nō pōt demr̄ari nisi petēdo
principiū. Et ita licet fortasse viri isti possent demr̄are ip-
sum scire eē p cām cognoscere, nūq̄ habebūt, ꝓpter hoc
ipm quod dico, cām cognoscere, esse definitionē ipsius
scire, nisi petāt qd est in principio, vt in principio secūdi
Ad primū huius videbit. ⁋ Preterea, Rōnes horū petere videtur aliā
ob cām, quia cū sumunt ipm scire esse rerū quæ sunt, hoc
petitur, quia aduersarius dicet cognitionē rerū quæ sunt,
nō esse nomine ipsius scire, sed nomine opiniōis dicēdū.
Ad scdm. ⁋ Insuper cū accipiūt intellectū nostrū in sciēdo causari a
rebus, hoc est petere, aduersarius enim dicet cāri intellectū
C a rebus nō esse scire siue nomine ipsius scire appellandū,
sed alio nomine videlicet: opinionis vel cognitionis. ⁋ Ad
huc dato q̄ veritas sit ęquatio intellectus ad res, nō ꝓpter
Ad tertiū hoc patet hāc æq̄tionē dici nomine ipsius sciētiæ: & sic re
cte Arist. cōsensu omniū quasi iudicio ꝓbauit ipm scire
esse per cām cognoscere, quia nō aliter possunt nominū
Cur dixit q̄m illius est causa. significationes ꝓbari. ⁋ Vlterius quæres cur addidit qm̄
illius est cā. Videtur. n. sufficiēs dicere ipm scire esse p cām,
quares est, cognoscere. Nā sic sensus est, ipm scire esse per
cām propriā, igitur superfluit addere quoniā illius est cā.
Rūsio quorundam. ⁋ Nonnulli dixerūt posse fieri vt aliquis sciatur cām pp
quam res est, & non rē illā scire. Plurimi enim sciunt radiū
solis, qua putrida animalia exoriūtur, & tamē ignorant
quo modo animalia illa exoriantur, & huius cā est quia
licet sciant cām propter quā putrida animalia sunt, cū nō
sciant, quoniam ille radius est cā illorum, non dicuntur sci
D re. igitur requiritur q̄ cognoscamus cām ꝓpter quā res
est, quoniam illius est cā, ad hoc vt scientes dicamur. Quę
res profecto nobis non displicet.

⁋ *Quare cuius simpliciter est scientia id ut aliter sese habeat fie-
ri omnino non potest.*

⁋ *Quare cuius simpliciter est scientia, hoc est impossibile ali-
ter se habere.*

Cōmē 13. ⁋ Descripsit ipm scire, at nunc describit ipm scibile, quod
dicitur etiā ante demr̄onem quæstio siue quæsitū: huius
cā est: quia dixit. scire autē opinamur vnūquodq̄ simpli-
citer, & reliqua: & per vnūquodq̄ intelligit scibile siue q̄-
situm scientificū: hoc est id cuius est simpliciter & ꝓprie
sciētia: ꝓpterea vt dicta definitio pateat: declarat nūc qd
per vnūquodq̄: hoc est qd per scibile intelligit: accidit ad
hæc q̄ scire ipsum est in anima: vt in subiecto: est in demon
stratione: vt in cā: est in ipo scibili siue q̄sito vel cōclōne: E
vt in signo: p̄termittit de anima dicere: tāq̄ de re huic li-
bro aliena: spectat. n. de ipsa dicere in libro de aīa: ꝓpterea de
ipso scibili: in quo ipm scire est: vt in signo: & de ipsa de-
monstratione in qua ipm scire: vt in cā est: ꝑtractat: & in
quit de ipo scibili primo. Quare cuius simplr̄ id est ꝓprie
est scientia: hoc est impoīe aliter se hr̄e: idest scibile ꝓprie
dictū est cōplexū qd necessariū: addidi cōplexū: quia du duplex necessariū
plex est necessariū: in cōplexū, videlicet & cōplexū: incō-
plexū vt deus: eo q̄a est: & nō pōt nō esse: & chimera est
necessariū nō esse: qa nō est & nō pōt eē: At necessariū cō
plexū qd dr̄ scdm inhęrentiā est qō vel quæsitū in quo
prædicatū inest subiecto: & nō cōtingit nō inesse: vt ignis
est calidus: vel in quo prędicatū nō inest subiecto: nec con
tingit inesse: vt ignis nō est frigidus: q̄re scibile ꝓprie dictū F
erit quoddā cōplexū necessariū: quod nō potest aliter se
hr̄e. ⁋ Quo vero ad verba attinet: Aristo. apposuit quare Verborū expositio
quasi illatiue: nō vt quare esset nota illationis: sed cōtinua
tionis. Nā cū dixisset de scire: opportunū erat ei dicere de
ipso scibili: Tū primo: quia ipm scibile ponebatur in defi
nitione ipsius scire: Tū secūdo: quia ipm scire est in ipso
scibili: vt in signo: & ita verbū q̄re cōtinuatiuū est. ⁋ Vl- Impoīe aliter se habere dupliciter
terius impoīe aliter se habere: potest dupliciter esse. Aut
ex hypothesi: vt terra tremit: hoc enim impoīe aliter se
habere est: dū ex exhalatio intra cauernas terræ mouetur.
Aut absolute: vt solē oriri: quia nō pōt esse quin sol oria
tur. Aristo. igitur per impossibile aliter se habere intelligit
necessariū ex hypothesi, quod est necessariū causis posi-
tis, & hoc mō quæsita physica sunt necessaria: non enim
possunt suis per se causis positis: nō esse: cōtra autē ipsa cō
tingētia: sunt. n. quæ positis causis: possunt nō esse: quoniā
possunt impediri. ⁋ Occurres fortasse ex eo: quia vr̄ defini G Obiectio
tio in plus ipso definito quia multa nō possunt aliter se ha
bere: quæ nō sunt scibilia: vt prima principia: q̄ dignita-
tes dicuntur. ⁋ Themistius & Philop. cōcedunt illa esse sci Rū. The. & Philo.
bilia: quia vt dicetur eorū est alius sciendi modus: de quo
posterius dicet. Sed si ita esset: vt exponit Philoponus:
tūc hic nō esset definitū quęsitū scibile: sed oē scibile. ⁋ Pro
pterea dicamus q̄ definitio debet sic intelligi: scibile pro ꝓpria rū.
prie est qd positis suis per se causis non contingit aliter se
habere. Mō licet dignitas nō cōtingat aliter se hr̄e: tamen
hoc non est alijs quibusdā positis: vt causis proprijs & p
se: & ita definitio est æqualis & optima.

⁋ *Si igitur & alius sciendi sit modus, posterius explicabimus.
Addidimus etiam per demonstrationem etiam scire.*

⁋ *Si quidem igitur et alius est sciendi modus posterius dicemus.
dicimus autem & per demonstrationem scire.*

H ⁋ Duplex est scientia: vt placet Philopono: & Themistio: Cō. 14. duplex scia esse
altera quidem demonstratiua: quæ est per demonstratio
nem ipsam. Altera vero spēs est: quæ demonstratiua non
est: sed ex sese fidē habens etiā sine syllogismus: vt cogni
tio dignitatum: hæc enim nō per demonstrationem no-
bis accedit: sed ex seipsa fidē habet. Aristoteles igitur nūc
limitando se ad dicenda: & ad ea quæ dixit: inquit: Si-
quidē igitur & alius est sciēdi modus: hoc est: quia ita est
q̄ est alius modus siue spēs scientiæ: posterius dicemus:
autē sed supple nūc. Et per demōstrationē scire dicimus.
Sic igitur posterius de alia scientia specie dicemus: nunc
de demonstratiua dixisse volumus. Bn̄ igitur dictū est q̄
nō de vl̄i sciētia loquitur Arist. dū definit ipm scire: sed
de ea quæ ęquipollet demr̄oni, hoc est de demōstratiua.

I Verborũ expositio ¶ Quo vero ad verba attinet:animaduersione dignũ. In nõnullis codicibus textũ sic haberi. Dicimus autẽ & noscere per demrõnẽ, vbi Philoponus per noscere intelligit scire, quasi dicat, at nunc dicimus & definimus ipsum no expõ aliquorum. scere per demrõnẽ, quod reuera ẽ scire. ¶ Nõnulli Aristotelẽ aliter definire ipm scire opinanẽ, quia in eorũ translationibus sic habebatur, dicimus aũt & scire per demõstrationẽ intelligere. Tu vero hæc si placẽt, cõsidera. ¶ Nõ de Quid intelligat a. rist.p aliũ sciẽdi modũ quoslam, alia expõ sunt, qui velint Arist.per aliũ sciẽdi modũ, intelligere eũ modũ, quo mediate scitur. vt per demonstrationem ad impossibile, & per demõstrationem quia. ¶ Aliĵ vero nõ ignari per aliũ sciẽdi modũ intelligũt, qui est per definitionẽ, de quo in sẽcũdo libro disputabit. Sed de his hactenus.

¶ Demonstrationem autem dico, ratiocinationem eam quæ scientiam efficit. Eam uero scientiam efficere dico, qua scimus eam ipsam habendo.

K *¶ Demonstrationem autem dico, syllogismum pistemonicon, idest scientificum. Epistemonicon uero dico secundum quem (in habendo ipsum) scimus.*

Cõ.15. ¶ Hæc quæ hic inquit, cõtinuatione non indigẽt:nã cum dixisset se esse locutũ de scire, quod est per demonstrationẽ, declarat quid ipse velit per demonstrationẽ. ¶ Philopo Philopo. nus ait Aristotelẽ hoc facere, vt ostenderet ipsum scire et demonstrationẽ idẽ esse. Vel accuratius (vt inquit) hoc facit, vt ostendat sciẽtiã esse demrõnis finem: aut habitum: qui ex demonstratione animæ ipsi accrescit. Demõstrationẽ autẽ quæ sit ad scientiam ipsam syllogisticam vt via. ¶ Fortasse etiam Arist. transit ad declarandũ quid per demonstrationem velit, quia etiam de demonstratione est Demrõ duplex cõsiderari potest. huius libri intentio, sed quia demonstratio potest dupliciter considerari, vno modo quo ad formam, hoc est vt syllogismus est, & quo ad materiam, idest quo ad ea, ex

L quibus, & de quibus est, & tractare de forma demonstrationis spectat magis ad librum priorũ, qui est de syllogismo, ideo raptim quasi hæc transiens, inquit. ¶ Demõstrationẽ aũt dico syllogismum epistemonicon, latine vero scientificum. dixit syllogismum loco generis. addidit epistemonicon loco differentiæ, qm captiosus syllogismus non epistemonicus est, nec dialecticus est epistemonicus, exponit quid velit ipse per epistemonicon, & inquit. Epistemonicon vero dico, secundũ quẽ (in habendo ipsum) scimus. Hoc autẽ dupliciter exposuit, Tũ vt definitio demonstrationis pateret, in qua ponitur illa differentia epi Scientificũ duplex. stemonicon. Tũ etiam. quia sciẽtificũ est duplex, quod videlicet scientiam facit principaliter, vt intellectus ipse agẽs & quo sciẽtia ipsa fit vt instrumento, quia igitur dixerat demonstrationem esse syllogismum facientem scire, ap-

M Verborũ expositio posuit secundũ quẽ (in habendo ipsum) scimus, vt innueret demonstrationem, facere scientiam, vt instrumentum, & non vt principale mouens. ¶ Quo vero ad verba attinet, debes scire in nonnullis translationibus loco verbi epistemonicon legi Apodicticon, quod vnde sit ignoro. Apodicticus enim græce, sonat latine demonstratiuus. modo dicere demonstrationem esse syllogismum apodicticon est dicere demõstrationem esse syllogismum demonstratiuum, & sic idem per idem definisset. Quare (vt puto) textus corruptus est.

¶ Si igitur ipsum scire tale est quale posuimus necesse est & demonstratiuam scientiam, ex ueris & primis medioq; uacantibus & ex notioribus & prioribus ipsa conclusione causisq; eiusdem esse. Sic enim erunt & ipsa principia propria eius quod demonstratur. Nam ratiocinatio quidem sine his erit, demonstratio uero non erit, scientiam enim non faciet. N

¶ Si igitur ipsum scire est, ut posuimus, necesse est & demonstratiuam scientiam & ex ueris esse, & ex primis & immediatis, & notioribus, & prioribus & causis conclusionis. Sic enim erunt & principia propria eius, quod demonstratur. Nam syllogismus quidem erit & sine his. Demonstratio autem non erit: non enim faciet scientiam.

3. dubō. quo ad verba. nō seipsis: sed alijs prioribus. Tñ sciri p̄ seip̄m: & sciri per aliud prius: vtrūq; ē scire ꝓprie: & vniuoce dictū: p aliud n. & p se nō variāt rōnē scietiæ. ¶ Quæres vt Philop. qrit cur dixit: aut omnia: aut q̄dā: qppe cū necesse sit ꝓpōnes oēs p̄cognosci & credibilitatē h̄re. Nā si in vna qs ambi-

Solutio. gat: nec cōclō firma erit. ¶ Rñdet φ Arist. nō ait ꝓpōnes aliqs oportere ignotas eē: sed φ vel oēs p se creditas eē: vel q̄sdam. Reliqs vero fidē h̄re per demōnē: sicut Anima scdm̄ subam̄ impatibilis. Impatibile scdm̄ subam̄ immortale: igitur anima immortalis. Huius maior p se credita est vt indemr̄abilis φ impatibile secūdū subam̄ est immorta

E le. Minor aūt eget demostratione hac φ Anima simplex scdm̄ substantiā est. Simplex aūt scdm̄ subam̄ impatibile: & sic maior per se nota est. Minor vero demonstrata.

¶ *Fieri autē non pōt ut ea magis quisquam quæ nescit, & circa quæ non melius dispositus est, quā si sciret, quā ea quæ cognoscit credat atq; assentiatur. At euenit id profecto, si non prius cognouerit principia quispiam quam ea quæ per demonstrationem credimtur. Magis enim principijs aut omnibus aut quibusdam credere q̄ conclusioni necesse est.* Esse cōtigeret.

¶ *Non potest autē credere magis ea, quibus quispiam scit, quæ nō contingunt, neq; sciens, neq; melius dispositus q̄ si esset, sciens. Accidet autem hoc, nisi per demonstrationem credentium quis præcognouerit. Magis. necesse est credere principijs aut omnibus aut quibusdam q̄ conclusioni.*

F ¶ Hic locus ē obscurus: & quidā sic legūt. ¶ Nō pōt aūt credere magis: q̄ scit: q nō ē sciēs: neq; melius dispositus q̄ si eēt sciēs. Nā verbū qbus: trāstulerūt q̄ scit: verbū cōtingūt trāstulerūt eft: Tynchano. n. aliquādo ꝓsum: aliquādo ꝓ cōtingo: aliquādo ꝓ sequor: accipit Arist. & tūc est sensus φnemo pōt credere cōclōnibus magis q̄ principijs: tā si esset illa sciēs: φ si esset melius dispositus q̄ sciēs illa. Cōmē. 26 expositio aliquorū. τυγχάνω

¶ Quæ expō cū difficultate legitur in verbis his: vt intelligēti patet. ¶ Ego vero sic intelligo vt velit dicere φ nisi principia eēt p̄cognita vt assumpsit: neq; sciēs: neq; melius dispositus q̄ si esset sciēs: posset cognoscere ea: quibus ip̄e scit, q̄ nō cōtingūt. i. prima principia: qbus scie cōclōnes: & q̄ nō cōtingūt. i. nō sequuntur ex alijs principijs syllogisticæ: Vnde inqt. ¶ Nō pōe credere magis ea supple qbus q̄spiā supple scit ip̄as cōclōnes, q̄ nō cōtingūt syllogisticæ ex alijs. i. nō pōt q̄spiā magis credere primis pricipijs qbus aliqs scit cōclōnes: & q̄ nō cōtingūt ex alijs syllogisticæ: neq; ꝓ sine sciēs: neq; ꝓ siue melius dispositus q̄ sciēs si eēt. Sup fluit. n. negatio more græco: dico nemine principijs ip̄is credere magis nō posse: supple nisi illa eēnt p̄cognita. Quæ sō docet φ Arist. velit ꝓbare φ principia sint p̄cognita: postq̄ ꝓbauie illa eē magis scita hoc pacto: qa nisi eēnt p̄cognita: nō eēnt magis credibilia ip̄is cōclōnibus. P. subscribit: accideret aūt hoc. s. ip̄a nō magis credi: nisi p demōnē credētiū qs supple illa p̄cognouerit: q̄re q̄ sic arguit. Si principia ante demōnē nō eēnt p̄cognita: illa n̄ eēnt magis credibilia cōclōnibus. Et hoc refellit. d. magis. n. necesse credere principijs aut oibus aut qbusdā q̄ cōclōni. Qualis expositio. Propria expositio. G

¶ Quo vero ad verba attinet Philop. (vt mihi vr̄) p eū q̄ ē melius dispositus q̄ sciēs: intelligit eū q̄ p̄stātius excellētiusq; ip̄as cognoscit q̄ scdm̄ demōnē: & ita p̄ sciētē in telligere vr̄ eū q̄ scit p̄ demōnē: & p̄ melius dispositū q̄ sit sciēs intelligit eū: q scit sine demōne: solū p terminos. Expō verborum secundum Philopo.

¶ Mihi vr̄ φ sermo Arist. sit hypotheticus nihil pones inesse: hoc pacto φ nemo posset credere primis ip̄is principijs magis nisi illa ante demōnē eēne p̄cognita: nemo. s. neq; sciēs: neq; aliqs alius plusq̄ sciēs: si eēt repetibilis. Et sic cū hypothetice loquaē: neminē vultq̄ eē melius affectū q̄ sciēs sit: addidit. n. si eēt. ¶ Verbū aūt credentiū Alex. exposuit creditorū. s. cōclōnū creditarū: vt sit sensus: accideret autē hoc. s. prima nō magis credi nisi per demōnē cōclōnum creditarū supple sciendo illa quis præcognouerit. ¶ Philoponus vero construit sic, nisi quis de numero hominū credentiū per demonstrationem quasi dicat acciderit hoc: s. illa non posse prius credi, nisi quis de numero hominū qui credunt per demonstrationem, illa prius nouerit, quæ expositio (vt mihi videtur) clarior est. Propria verborū expō. H Expositio Alex. Philopo.

I *¶ Ei qui per demonstrationem scientiam est habiturus. Non solũ autem ipsa principia magis nota, magisque credita sint: quam id q ex ipsis ostendit: sed etiam nihil prorsus eorum quae principijs opponuntur ex quibus erit ratiocinatio falsa: uereq; contraria, credibile sit aut notius principijs ipsis oportet. Quippe cum eũ qui simpliciter est scientiam consecutus: nunq̃ ab ea persuasione dimoueri oporteat.*

Immutabilem. ametapt. Inuariabilem. Indimouibilem ab opinione.

¶ Debentem autem habere scientiam, quae per demonstrationem est, non solum oportet principia magis cognoscere: magisq; eisdẽ credere, q̃ ei: quod demonstratur. Sed neq; ipsis credibilius: neq; notius esse aliud ex contrarijs primis principijs: ex quibus fit syllogismus contrariae deceptionis. Siquidem oportet simpliciter scientem, immutabilem esse.

Cõmẽ. 27 Confutatio scd̃m aliquos. Cõfutatio Intelligẽs per syll̃m duplex.

¶ Sunt quidã qui asserũt Arist. hactenus ꝓbasse ꝓpõnes siue principia ipsa, ex quibus fit demõstratio, esse notiora ac credibiliora cõcl̃onibus, at nũc eũ ꝓbare dicũt nihil eorũ oppositis in falsitatẽ esse credibilius. ¶ Quod vnde sic dixerũt, ignoro. Nã si cõstat nihil ipsis esse credibilius
K in veritate, cõstabit nihil esse eorũ oppositis credibilius in falsitate. ¶ Propterea animaduersione dignũ est q per syllogismũ intelligit aliqd, esse duplicẽ. Alter. n. est qui ꝑ dialecticũ opinaꝛ aliquid esse vel nõ esse, vt mundũ esse genitũ vel nõ genitũ. Alter qui per demõstrationẽ scit animũ esse immortalẽ. Mundũ nõ esse genitũ Aristo. opinaꝛ, qa ex nihilo nihil generaꝛ. Plato mũdũ eẽ genitũ, quia a deo ex nihilo genitũ, putat. n. qđ a deo fit, ex nihilo fieri. Animũ esse immortalẽ scimus, qa seip̃m mouet, nã. Oẽ per se seip̃m mouẽs immortale. Animus p se seip̃m mouet. Animus immortalis est. Inter opinantẽ & scientẽ haec ẽ dr̃ia. Nã eũ qui ꝑ aliq̃ ꝓbabilia principia aliquid esse vel non esse opinaꝛ, cõtingit mutari in opinionibus, q̃s habet de cõcl̃onibus, nã in diuersis t̃pibus possunt sibi principia, & eorũ opposita esse credibilia, vt t̃pe Platõis credibile erat ex nihilo fieri posse aliquid a deo, vt est nunc rei veritas apud nos, q̃re tũc opinio erat ꝙ mũdus erat factus. Succedẽte Arist. oppositũ illius principij erat creditũ. s. ꝙ ex nihilo nihil fieret, & sic successit alia opinio, ꝙ mundus
L nõ erat factus. Quare opinantẽ in suis opinionibus cõtingit mutari, qa vno t̃pe sunt sibi credibilia principia. Alio tẽpore eorũ opposita. Nũc tẽpore nostro secũdũ veritatẽ credibile est, & verũ, mũdũ esse factũ, qa tenemus, & ita est, ꝙ deus ex nihilo facere põt oẽ pole. At sciẽs immutabilis est, quia (vt supra dicebamus) cuius simpl̃r est sciẽtia, hoc impole est al̃r se habere. Ex hoc sequiꝛ sciẽtiã per demõstrationẽ habiturũ, nõ mõ debere credere ꝓpõnes & principia demõstrationis eẽ credibiliora cõcl̃onibus, q̃ demõstranꝛ, sed nullũ ex eorũ oppositis eẽ sibi credibile ꝓ aliquo t̃pe, nã aliter sciẽs eẽt mutabilis, qa cũ oppositũ aliquod fieret sibi credibile, mutareꝛ ad oppositũ eius quod sciebat, inq̃t. ¶ Debentẽ aũt habere sciẽtiã, q̃ ꝑ demõstrationẽ ẽ, nõ solũ oportet principia magis cognoscere, magisq; eisdẽ credere, q̃ ei ꝙ demõstraꝛ, vt ꝓximo textu cõ
M clusit, sed ipsis principijs neq; credibilius neq; ipsis notius eẽ aliud vllũ, ex cõtrarijs primis principijs, ex quibus cõtrarijs fit syll̃s contrariae deceptionis, siue syll̃s falsi, credere debet. Sciturus igiꝛ per dem̃onẽ debet credere primis ꝓpõnibus, ꝑ quas sciet, nullatenusq; oppositis illarũ. Cuius cãm subscribit. Siquidẽ oportet simpl̃r scientẽ, immutabilẽ eẽ. dixit simpl̃r scientẽ, quia sciẽtẽ scd̃m quid, vt opinantẽ contingit mutari: quatenus mutatur opinio de ꝓpositionibus: vel simpliciter hoc est vere: & non secũdũ accidẽs. ¶ Quo vero ad verba attinet: syll̃s cõtrariae deceptionis dr̃ apud Philop. syll̃s falsi: hoc est syll̃s ignorãtiae: & hic fit ex cõtrarijs primorũ principiorũ, ex q̃bus fiebat syll̃s sciae. Verbũ immutabilẽ graece est ametaptotõ: qđ nõnulli habent non incredibilẽ. Quod nescio quõ fit factũ. Illud. n. nec in textu est: nec esse potest ad ꝓpositum: nec ip̃m habet aliquis expositor graecorum. N Verborũ expõ.

¶ Sunt aũt quibus non uidetur esse scia ppea q ipsa prima sciantur oportet. Sunt etiam quibus esse quidẽ uidetur demonstrationes tamẽ omnium esse. Quorum neutrũ sane uerũ aut necessariũ est.

¶ Quibusdam quidem igitur: propterea q oportet prima scire. non uidetur esse scientia. Quibusdam uero esse quidem omnium tñ dem̃ones esse: quorũ neutrũ neq; uerum, neq; necessarium est. Text. 6.

¶ Oportebat (vt Philop. inquit) de demõstratione nõ tñ q̃cũq; ad eius speculationẽ cõducũꝛ: tradere: sed & dicta atq; rõnes cõtraria cõstituentiũ redarguere. Iccirco in his Aris. postq; dixit q̃d nã eẽt dem̃o: nũc ꝓponit eos: q cõtraria definitioni dem̃onis statuunꝛ: redarguere. ¶ Sũt aũt de demõstratione ip̃a tres põnes: duae q̃dẽ cõtrariae: & tertia Arist. in subcontrarijs constituta. Nã alij dem̃onẽ penitus abnegarũt: dicẽtes nullorũ penitus demõstrationẽ eẽ. Alij dem̃onem penitus affirmarũt: asserẽtes omniũ penitus demõstrationẽ eẽ: Arist. in ꝑte concedit demonstrationẽ eẽ: qa aliquorũ vult eẽ dem̃onẽ. In ꝑte negat qa aliorũ non vult demonstrationẽ eẽ. Vñ inq̃t. ¶ Quibusdã q̃dẽ igiꝛ: ꝑpea ꝙ oportet prima scire: non vr̃ eẽ scia. s. dem̃atiua: & sic voluit non eẽ penitus dem̃onẽ. Quibusdã ẽt q̃dẽ: oĩum tñ demonstrationes eẽ: & sic dicũt omniũ eẽ demonstrationẽ. Quorũ neutrũ neq; verũ est: neque ẽ necessariũ: sed in parte vtrũq; ẽ verũ. ¶ Sed circa haec ambigit Philop. cur a principio hoc nõ q̃siuit: nã si in q̃stionibus prius est: si ẽ: q̃ q̃d est: oportebat prius de ip̃o si ẽ facere demonstrationẽ: deinde q̃d ẽ tradere: at primũ tradito ipso q̃d est: ad ip̃m si est: trãsiit. Auget vero q̃stionẽ: qa prius Menonis: & Sophistarũ cauillos de inuẽtione: atque ipso scire ꝑtractauit q̃re: & haec in illo loco debuit interserere. ¶ Quo argumẽto Grossatesta p̃sens capitulũ ait non esse de sub̃a libri. Sed de complemẽto bonitatis: eo qa purgat errorẽ ꝓximũ: sciẽtiae acq̃sitae. ¶ Rñdet Philop. ꝙ quãdo definitio quid nominis ẽ obscura: tũc p̃missa nominis significatione: statim si illa res sit q̃riꝛ. Vbi tamẽ nominis significatio patuerit: primũ de si ẽ occurrit: vt de vacuo seruauit Aris. nã cũ q̃d vacuũ significet: fuerit obscurũ: prius q̃d vacuũ significat p̃misit: deinde an vacuũ sit: q̃siuit: eodẽ mõ hic: qa quid demonstratio significat, erat obscurũ: p̃misso quid nominis demonstrationis: vt ꝙ sit syll̃s talis: q̃rit an demonstratio sit. ¶ Sed pace tãti viri dixerim. Tũc solũ Aristo. accepisset definitionẽ q̃d nominis ipsius demonstrationis: & non quid rei. Qđ non credo verũ eẽ: cũ nullibi illã al̃r definit. ¶ Melius igiꝛ dicerẽ: ꝙ iõ q̃ões hasce hic pertractauit: quia remouenꝛ ex his q̃ dixit de demonstratione definitionis. Et sic licet ꝑ se ordine doctrinae q̃stio si ẽ p̃cedat q̃stionẽ: q̃d ẽ: tñ ꝑ accñs potest eẽ contrariũ: vt in ꝓposito: qa eiusmodi q̃stiones remouẽtur ex his: q̃ dixit circa definitionẽ demonstrationis: nã de natura bonarũ definitionũ est ꝑ illas remoueri oẽm dubitationẽ accñtẽ circa rẽ definitã. ¶ Quo vero ad positiones ipsas attinet: debes scire ꝙ oẽs dictae tres positiones vtebãtur hac communi hypothetica: videlicet si demonstratio est: necesse est prima praecognosci: hi. n. qui dicũt omnium demonstrationẽ esse: & hi qui dicunt nullorum demon-

Margin notes (right column): Cõmẽ. 18. — Cõfutatio O — De demõstratione triplex opinio. — Deb. 2. huius primo. — P Quae Lin conten. — Solutio Philopo. — 4. phi. 58. — Quae expo Philo. Propria solutio. Q — 4. phy. 56.

Margin notes (left column): Opinio Arist. de mũdo habetur primo coeli. Cõ. 102. — Differentia inter opinantẽ & scientẽ. — 1. phy. 34

A ſtrationem eſſe:& Ariſto.qui dicit aliquorũ eſſe demonſtrationẽ:& aliquorũ nõ eẽ demõſtrationẽ etiã hãc cõcedit: quia declarauit demõſtrationẽ eſſe ex primis: & notioribus. Verũ qui omniũ demõſtrationẽ eſſe dicũt:& qui nullorũ:addũt cõſequẽti hoc: videlicet per demrõnẽ hoc pacto. Si eſt demõſtratio: neceſſe eſt prima ſcire per demrõnẽ. Ab hac itaq; additione emerſerũt errores: nã qui negabant demrõnẽ: ſic hypothetice ſyllogizabant ex hac hypothetica. Si demrõ eſt: neceſſe eſt prima ſcire per demõſtrationẽ. Sed prima non ſciunẽ per demõſtrationẽ. Sed contingit prima ſcire per demonſtrationem: vt ſtatim probabit. Igitur demõſtratio non eſt. Qui vero demonſtrationẽ eſſe aiunt: ſic ſyllogizabant ex illa. Si demõſtratio eſt: cõtingit prima ſcire per demonſtrationem: vt dicetur. Igitur demrõ erit. Ambæ igitur hæ põnes vtuntur hypothetica hac cõiter tãq̃ maiore.

B Verũ prima aſſumit oppoſitũ cõſequentis:& infert oppoſitũ antecedẽtis videlicet demonſtrationẽ non eſſe:& ſic ſeruat formã ſyllogiſmi: ſed peccat in materia: quia hypothetica aſſumpta non valet vt dicemus. Secunda autẽ aſſumit conſequens:& infert poſitionem antecedentis: & ſic peccat in materia:& forma. In materia quidem: quia hypothetica falſa eſt. In forma vero: quia expoſitione conſequentis nõ ſyllogiſtice ſequitur poſitio antecedentis. ¶ Propterea Ariſ. inquit: quorum neutrũ. i. neutra põ: neq; verũ: neq; neceſſariũ eſt: dixit. n. neq; verum quo ad ipſas põnes: qa vtraque falſa eſt. Dixit neq; neceſſariũ: quo ad rõnes poſitionũ: quia nulla eſt neceſſaria. hæc quo ad poſitiones.

¶ Qui namq; ſcientiam non eſſe omnino ponunt. hi cenſent aſcẽ

C *dendum eſſe in infinitum, propterea q̃ poſteriora non ſciuntur ob ea priora quorum prima non ſunt, recte quidem dicentes. Fieri. n. non poteſt ut infinita quiſquam pertranſeat. Quia ſi ſtatur, ac principia ſunt, hæc incognita dicuntur eſſe, cum ipſorum non ſit demonſtratio, quod quidem ſolum inquiunt eſſe ſcire. Quod ſi fieri non poteſt ut prima ſciantur, neq; fieri poſſe dicunt ut ea quæ proficiſcuntur ex illis ſciantur ſimpliciter proprieue ſed ex ſuppoſitione dumtaxat ſi illa ſint.*

¶ Ponentes quidem. n. non eſſe omnino ſcire, hi ad infinitum uolunt reduci tãquam non ſint utiq; ſcientes poſteriora propter priora, quorum non ſunt prima, recte dicentes. Impoßibile enim eſt infinita pertranſire. Si autem ſtant, & ſint principia, hæc ignota eſſe, cum demonſtratio non ſit ipſorum quod quidem dicunt eſſe ſcire ſolum. Quod ſi non eſt prima ſcire, neq; quæ ex his ſunt, erit

Cõmẽ. 29 Cauillus *ſcire neq; ſimpliciter, neq; propria, ſed ex conditione. ſi illa ſunt.*

¶ Qui negant ſimpliciter: & omnino demonſtrationem:

D hoc pacto ex illa cõi hypothetica ſyllogizant. ¶ Si demõſtratio eſt. Prima per demonſtrationem ſciuntur. Sed prima non ſciuntur per demonſtrationem. Igitur demonſtratio non eſt. Maior eſt hypothetica communis: quam ambæ poſitiones ſupponunt. At nunc probat Ariſto. de eorũ mente minorem: quæ deſtructio conſequentis ẽ: quia ſi prima ſciuntur: vel per alia priora: & illa per alia: & ſic in infinitum: vel oportet ſtare ad ipſa prima: ita vt non per alia ſciantur. Non per alia & ſic in infinitũ: quia tunc eſſent ignota: cum infinita ſint ignota. nec oportet ſtare ad ea. quia tunc illa non ſcientur per demõſtrationem: & ita penitus non ſcientur. Et per conſequens ex his poſteriora minime ſcientur: inquit. ¶ Ponentes quidem enim non eſſe omnino ſcire: & dicentes demonſtrationem penitus nullam eſſe. Hi ad infinitum volunt reduci: tãq̃ non ſint vtiq; poſteriora ſcientes propter priora: quorum nõ ſunt prima: & ſic primum eſt vt prima illa per alia priora: & illa per alia: & ſic in infinitum: recte (vt Ariſto. inquit). Dicentes: quia non præcognitis primis neq; ſecunda cognoſci poterunt. Hoc enim recte dixerunt. & ipſe poſuit in definitione demonſtrationis.

E Obijcit tamen contra hanc partem in eo q̃ volunt reduci ad infinitum: nam tunc hæc eſſent ignota. Impoſsibile enim (vt ait) eſt infinita pertranſire. Deinde deſtruit ſecundum membrum: & inquit. Si autem ſtant: & ſunt principia: hæc ſupple oportet ignota eſſe: quia per demonſtrationem non ſcientur: cum ipſorum demonſtratio non ſit: quod quidem dicũt eſſe ſcire ſolum. Demum epilogat rationem: & inquit.

F Quia ſi non eſt prima ſcire neq; quæ ex his ſunt: erit ſcire aliquo pacto: quia neq; ſimpliciter neq; proprie: ſed ex cõditione ſiue ſuppoſitione ſi illa ſunt. Nam ſuppoſitio ponit quoddam de quodam: & cogit credere ita eſſe. Simpliciter enim demonſtratio non eſt per prædicta: ex ſuppoſitione autem aliquid poſsibile eſt probare: quod non eſt proprie demonſtratio: ſicut ſi duo ſunt quinque: & quinq; erunt duo: & ſi terra eſt pennata: & pennas nimirum habebit. Et ſic equus volat: equus nimirum habebit alas. ¶ Animaduertendum hoſce ſeruaſſe formam ſyllogiſmi: quia ab oppoſito conſequentis: licet deducere oppoſitum antecedentis: ſed peccabant in materia: quia illa communis hypothetica eſt falſa: vt dictum eſt. Prima. n. ſciuntur: ſed non per demonſtrationem: ſunt enim ſcita per ſeipſa fidem habentia: vt etiam dicemus. Solutio. cauilli huius põnis

¶ At ſecundi de modo quidem ſciendi conſentiunt, per demonſtrationem. n. ſolum eſſe ſcientiam dicunt. Verum omnium demonſtrationem eſſe nihil inquiunt prohibere. Fieri enim poteſt ut

G *demonſtratio circuli mõ uerſetur, omniaq; mutuo demonſtrẽtur. ¶ Alij de ipſo ſcire quidem fatentur per demonſtrationem utiq; eſſe ſolum. Sed omnium eſſe demonſtrationem nihil prohibet.* Vtiq. 1. *Contingit. n. circulo fieri demrõnẽ, & ex his quæ adinuicẽ ſunt.*

¶ Qui omnium demonſtrationem eſſe affirmant: hoc pacto ex illa hypothetica cõmuni ſyllogizant. ¶ Si demrõ eſt: prima principia ſciuntur per demonſtrationẽ. Sed prima ſciuntur per demrõnẽ. Igitur demonſtratio eſt. Cõ. 30. Cauillus. Minorẽ probat eo q̃ contingit circulo demonſtrari. Vbi priora per poſteriora demonſtrantur. Quia vero circulo fieri poſſit demrõ: ab vna particulari deducit: quia videlicet in conuertibilibus priora demonſtrant poſteriora: & ecõtrario poſteriora demonſtrant priora: termini conuertibiles ſunt diſciplinabile: riſibile: homo: quoniã ſequitur. Omne riſibile diſciplinabile: Omnis hõ riſibilis. Igitur omnis hõ diſciplinabilis: & per cõuerſionem maioris in terminis cũ

H



cõcluſione, ſequitur. Omne diſciplinabile riſibile omnis hõ diſciplinabilis, igitur omnis hõ riſibilis. Vbi minor ſyllogizatur ex cõcluſione cũ maiori cõuerſa. Igitur circulo fieri poteſt demonſtratio, inquit. Alij vero de ipſo ſcire q̃;

I dem confitentur ipſum uidelicet eſſe per demonſtrationẽ ſolũ. Verbũ vtiq; grçce eſt gar,latine enim. Sed quia nõ teneſ pro reditiuo cauſæ,ideo transferri põt pro cõfirmatiuo videlicet vel vtiq;.Sed omniũ, vt inquit,eſſe demõſtrationẽ nihil ꝓhibet,& hoc ꝓbat ex vna particulari,& inquit.Contingit.n.circulo fieri demõſtrationem, ex his quæ adinuicẽ cõuertibilia ſunt. Igitur ſupple in omnibus priora per poſteriora circulo demrari pñt. ⁋ Animaduerſione dignũ rõnẽ hanc tripl'r peccare.Primo quidẽ in forma,quia arguit a poſitione cõſequentis ad poſitionẽ antecedẽtis.Secundo in materia, quia (vt dicet) hypothetica communis eſt falſa. Tertio quia ab vna ſingulari deducit vniuerſalem,nõ n.ſi in conuertibilibus licet circulo retrocedere,in omnibus ſequitur idem fieri poſſe. — Refutatio cauilli.

⁋ *Nos autem dicimus nec omnem ſcientiam eſſe demonſtratiuã, ſed eorum quæ medijs uacant indemonſtrabilem eſſe.*

K ⁋ *Nos uero dicimus non omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed immediatorum indemonſtrabilem.*



L

Cõ. 31. ⁋ Rñdet Ariſtóteles,& huius rei veritatem ſubiungit, innuitq; ſimul & veritatẽ quæſiri,& ſolutionẽ ad eorũ rõnẽ. Veritas itaq; eſt in ſubcõtrarijs cõſtituta. Nam vtraq; contraria falſa eſt.Illa.n.falſa eſt,omnis ſcientia eſt demonſtratiua,& illa etiã,nulla ſciẽtia eſt demonſtratiua. Quare vtraq; harũ vera erit, aliqua ſciẽtia eſt demonſtratiua,vt mediatorũ.Et aliqua ſciẽtia nõ eſt demõſtratiua, vt immediatorũ.Ex hoc patet hypotheticã illã eſſe falſam,quia licet ſi demonſtratio ſit,prima ſcire ſit neceſſe,nam notiora & ſcibiliora oportet prima eſſe, ꝑ quæ poſteriora ſciũtur,nõ tamẽ ipſa ſcire neceſſe eſt per demonſtrationẽ, nã immediatorũ ſcientia quidẽ eſt , ſed non per demonſtrationẽ,quia per ſeipſa fidẽ habent,inquit. Nos vero dicimus non omnẽ ſcientiã demonſtratiuã eſſe,quia aliquam demonſtratiuã,vt mediatorũ,ſed immediatorũ indemõſtrabilem.& ſic ſimul veritatẽ tãgit,& paralogiſmi ſolutionem. ⁋ Philoponus reducit eos qui negant demõſtrationẽ,concedere illã.Nam ſi negant demonſtrationẽ,aut per ſyllogiſmũ hoc probant demonſtratiuã,aut per ſyllogiſmũ non ex neceſſarijs.Si ex ſyllogiſmo nõ ex neceſſarijs,tũc nihil certi haberẽt. At ſi ratio per quã ſyllogizãt demonſtrationẽ nõ eſſe,eſt demõſtratiua,tũc negando demonſtrationem eſſe,ponũt demõſtrationẽ eſſe,veluti qui negant loquelam eſſe ore,ponunt loquelã eſſe. ⁋ Quare Ariſt. ſapide ab vtraq; poſitione ſumit demonſtrationẽ eſſe,& ab illa poſitione,quæ negat demonſtrationẽ eſſe, — M — Qũe Phi.

& ab illa poſitione,quæ ponit demonſtrationem eſſe. N

⁋ *Quod quidem neceſſarium eſſe patet. Nam ſi neceſſarium quidem eſt ut priora ſciantur & ea ex quibus conficitur demonſtratio,ſtatur autem tandem in hiſce quæ uacant medijs hec inde monſtrabilia neceſſe eſt eſſe.*

⁋ *Et q; hoc neceſſarium ſit: manifeſtum eſt. Si enim neceſſe eſt ſcire quidem priora: & ex quibus eſt demonſtratio, ſtant autem aliquando immediata. Hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe.*

⁋ Probat nunc id quod ſumpſit.Sumpſit enim q; ſint quędam quæ ſciuntur immediata ac indemonſtrabilia, & ſumit ad huius rei demonſtrationem.Primo q; prima ex quibus eſt demonſtratio ſciuntur . Secundo ſumit q; ſcibilia aliquando ſtant immediata ita, vt per ſeipſa ſciantur , & non per alia priora. Aliter eſſet proceſſus in infinitum.Ex his ſimul ſumptis concludit prima per quæ ſcimus media ta,eſſe indemonſtrabilia,& ſic habetur aliq̃ eſſe ſcientiam indemonſtrabilem,vt immediatorum , inquit. Et q; hoc neceſſarium ſit, videlicet q; ſint aliqua indemonſtrabiliter ſcita, manifeſtum eſt. Deinde probat hoc, vt dixi, ſumens duo, & inquit.Si enim neceſſe eſt ſcire quidem priora: & pro ideſt ex quibus eſt ſupple conſtitutiue demonſtratio: quod dicit ad differentiam priorum : ex quibus non eſt demonſtratio niſi poteſtate:hoc eſt primum : ſumit ſecundum:& inquit. Stant autem aliquando immediata:hoc eſt ſecundum:quod eo patet:quia non licet procedere in infinitum.Ex his concludit propoſitum:& inquit. Hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe , & ſic aliqua ſciẽtia erit indemonſtrabilis, vt accepit. ⁋ Ex hoc Philoponus infert bene eſſe dictum in principio differre ſcientiam a demonſtratione:eo q; ſcientia ſit amplior: & in plus. Eſt.n. ſcientia tam mediatorum:q̃ immediatorum. At demonſtratio non niſi ipſorum mediatorum. — Cõ. 32. — O — Supra cõmen. 2. Qũe Phi. — P

⁋ *Hoc igitur ita ſeſe habere dicimus: ut non ſolum ſcientiam. ſed & principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus : quo terminos ipſos cognoſcimus.*

⁋ *Hæc igitur ita dicimus,& non tantũ ſcientiã,ſed & principiũ ſcientiæ eſſe quoddã dicimus,quo terminos cognoſcimus.*

⁋ Hæc igitur ita dicimus:hoc eſt hęc eſſe immediata ita dicimus:& non tantum ſupple dicimus ſcientiam ipſorum indemonſtrabilem eſſe:ſed & dicimus eſſe quoddã ſcientiæ eorum principium quorum terminos cognoſcimus. ⁋ Vbi debes ſcire q; Ariſto. per hæc voluit habere eſſe ſtatum in demonſtrabilibus ad indemonſtrabilia.Et ideo hæc:quæ dicit dupliciter exponi poſſunt vno modo : vt Philoponus inquit:intelligendo per principium quo terminos noſcimus intellectum diuinum : nam rerum reſolutio hæc eſt:q; ſenſibilia reſoluuntur ad cœleſtia. Cœleſtia ad eorum formas:quæ ſunt ſubſtantię ſimplices.Has nos cognoſcimus diuino intellectu illuſtrati. Et ſic(vt ait) per terminos:intelligit formas cœleſtium corporum: ad quæ reſoluuntur hæc mortalia. Per principium igitur quo terminos cognoſcimus: intelligit intellectum diuinum : qui illuſtrati cognoſcimus ſubſtantias ſimplices: quæ ſunt formæ ſiue termini cœleſtium:ad quæ omnia hæc reſoluuntur.Et ita patet eſſe ſtatum in rebus. ⁋ Hæc expoſitio(vt mihi videtur) propoſitum tranſcendit. ⁋ Propterea melius Themiſtius & magis naturaliter:& ad literam plus cõueniens, inquit Ariſtotelem per principium quo terminos cognoſcimus intelligere intellectum nrm: & per terminos:ſubiectũ & p̃dicatũ:ad quæ immediata reſoluuntur.Eſt igitur hæc reſolutio:q; mediata & demonſtrabilia reſoluunſ — quo — Cõmẽ. 33. — Duplex expõ uer borum Ariſt. Philopo. — Q — Qũe expõ Philopo. the. expõ — Reſolutio quo ſiat.

A resoluuntur ad immediata,& per illa sciuntur.Immediata vero resoluuntur in eorum terminos,subiectum & prædicatum,& per illa sciuntur.Termini vero intellectus lumine cognoscuntur.Vt enim sensibilia per se sensu ipso ac lumine sensitiuo cognoscuntur,& nulla alia ratione sic prima simplicia intellectus lumine,& nulla alia ratione cognoscimus.Intellectus igitur simplicibus apprehensionibus terminos apprehendit,indemonstrabiliter eorum capiens naturam,ex quibus dignitates connectit, quare nõ necesse est res in infinitum procedere,sed est & quoddam demonstrationis principium intellectus,qui res comprehendit,& non indiget demonstratione ipse,cum sit principium. Quo vero ad verba attinet,verbum illud quo græce est ι,& licet multa apud græcos significet, nam, nam significat idem quod inquantum.Hic(vt mihi videtur)est relatiuum,& datiui casus,refertur ad archẽ,idest principium,quod græce est fœminini generis, Et sic cum Aristoteles dixisset immediata esse quædam ad quæ stamus indemonstrabiliter,statim subiungit esse principium quoddam,quo terminos principiorum noscimus, hæc de verbis.Ex re vero ipsa patet immediata sciri, & non tantum intelligi. Quia licet.6. ethicorum dicat Philosophus eorum esse intellectum, tamen eorum non tantum intellectus,est sed & scientia etiam. non quidem demonstrabilis,sed indemonstrabilis,vt diximus.

Verborũ expõ.

B

Ca.7.& 3.habus vltimo.

Et etiam patere dicimus fieri non posse ut circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit ut eisdem eadem simul priora sint atq; posteriora,nisi altero modo , uelati si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur,quo quidem modo facit inductio notum. Quia si ita sit,non bene est diffinitum ipsum simpliciter scire,sed est sane duplex. An altera demonstratio quæ fit ex hisce quæ nobis sunt notiora,non est simpliciter demõstratio.

C *Circulo autem q; impoßibile sit demonstrare simpliciter, manifestum est. Siquidem ex prioribus oportet demonstrationem esse, & notioribus, Impoßibile enim est eadem , sibi inuicem simul priora, & posteriora esse.nisi altero modo, ut hæc quidẽ ad nos. illa uero simpliciter,quo quidem modo inductio facit notum. Si autem sic est,non utiq; erit simpliciter scire bene definitum , sed dupliciter. Aut non simpliciter altera demonstratio sit ex nobis notioribus.*

Cõ.34. Erat secunda positio q demonstratiua scientia sit:quoniam omnium est demonstratio.q vero omnium sit demonstratio:probabat:quoniam circulo demonstrationẽ esse necesse est.Quod vero circulo demonstratio sit , Iterum probabat:quoniam conuertibilia contingit circulo demonstrari.Aristoteles ergo nunc ostendit: nihil circulo posse demonstrari; quinimo nec conuertibilia:qua ratione & via vult Aristo.habere:q secunda positio peccet & in forma argumentãdi:quatenus ex vna singulari vniuersalem argumentatur.& in materia: quatenus singularis illa etiam falsa est. Quo vero modo illa singularis falsa sit:Philoponus dupliciter declarat,verba Aristo.duobus modis exponens.Primo modo sic, si circularis ostensio in demõstrationibus est,non nisi pro tãto,quia ex posterioribus posset demõstrari prius, & si sic,non recte eẽt simpliciter definitũ ipm scire,sed dupliciter. Secũdo mõ Philoponus exponit sic,Si demõstratio circularis sit possibilis,tũc ex posterioribus posset demõstrari prius, Qđ vero ex posterioribus prius demõstrari non possit,probatur,quoniã dictũ est demonstrationẽ fieri ex primis natura. At circularis demonstratio prima ex posterioribus demonstra:.Ergo demonstratio nõ fit circulo, nisi dẽtur demonstrationis duo modi,& qui ex prioribus natura, & qui ex posterioribus,& sic demonstratio nõ esset simpliciter,sed dupliciter definienda. Differt hæc secũda expositio a prima,qa hæc ducit ad illud quod demõstratio non simpliciter,sed dupliciter esset definita.Prima vero ducit ad hoc,q scire non simpliciter, sed dupliciter esset definitum.vnde inquit. Circulo autem q impossibile sit demonstrare simpliciter,manifestum est. Siquidem oportet ex prioribus & notioribus demonstrationem esse. Si.n. ex prioribus natura sit demonstratio,non potest circulo aliquid demonstrari,quoniam non nisi ex posterioribus fieri potest,non enim eadem eisdem priora & posteriora sibi inuicẽ esse possunt simul,nisi altero modo vt vel hæc quidem ad nos,vel illa simpliciter.Simul autem eadem esse priora & posteriora est impossibile, voco priora ad nos,quæ nobis patent , quo quidem modo inductio ex prioribus ad nos vniuersale notum facit.Ergo vis rationis hæc est.Si demonstratio circularis esset possibilis. Aliqua demonstratio esset ex prioribus ad nos.Tũc destruit consequens,& inquit.Si autem sic est.s. q aliqua demonstratio si ex prioribus ad nos,nõ vtiq; erit simpliciter scire bene definitum.Et per simpliciter scire,intelligit aut simpliciter demonstrationem,vt expositio secunda dicit,aut simpliciter scire,hoc est scientiam simpliciter bene definitam.Sed erit dupliciter definienda , Vel erit dicendum q altera demonstratio,quæ est ex prioribus ad nos, nõ sit simpliciter demonstratio.Sed æquiuoce,& per quandã similitudinem.Sic igitur non est circulo demonstrare, quoniam ex prioribus ad nos esset demonstrare, non.n. eadem eisdem sunt nobis priora & posteriora simul , sed altero modo,aut ad nos,aut natura. Modo nõ est demõstrare ex prioribus ad nos,quoniam demonstratio non esset vno modo,sed duplex,vel saltẽ demonstratio: quæ est ex prioribus ad nos:non erit demonstratio nisi æquiuoce. Sed contra obiicit Philoponus, quoniam hæc demonstratio est:Cinis est hic,ergo ignis aliquando fuit ibi. Amplius & hæc.luna taliter illuminatur: ergo est sphærica. Iuniores propter hæc dixerunt duplicem esse demõstrationem,quia & propter quid;hoc est ex prioribus ad nos:ex prioribus natura. Auerroes vero addit tertiam quam appellat demonstrationem simpliciter: quæ est ex simpliciter nobis & naturæ notis. Themistius vero & Alexander:& Philopoponus eum syllogismum qui est: ex simpliciter prioribus:solum demonstrationem esse autumant:eum vero:qui est ex prioribus nobis:coniecturã vel syllogismum esse tantum tradunt. Et si demonstratio dicitur:non nisi æquiuoce appellatur. Tunc patet:q rationes illæ:quæ in dubitatione inductæ sunt:non sunt demõstrationes:sed (vt Philoponus inquit). Coniecturæ: quarum aliæ sunt necessariæ:vt illæ:quæ tactæ sunt:Aliæ nõ necessariæ:sed solũ rhetoricæ:vt illa : hæc mulier pallida est:ergo peperit:& ista:hic de nocte vagatur. ergo est fur: & ista:hæc se ornat:ergo mechus:verũ de his postea.

D

Duplex expositio Philopo. Prima ex positio.

2.expõ.

E

Dffia expõnum.

F

Rñ.atx.

G

Obiectio. Philopo.

Rñ. Iuniorum.

Que Themistius. Alex.& Philopo.

H

Coiecture sũt duplices.

Vide sup. cõm.12.

Euenit autem hisce qui dicunt demonstrationem uersari non solum id quod nunc est dictum,sed etiam nil aliud dicere,quã hoc est, si hoc est. Hoc uero pacto facile est omnia demonstrare. Atque patet id ipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos siue per paucos redire dicatur nihil profecto refert,atq; per paucos etiam duos. Nam quando cum .a. sit, est necessario .b. Et

I hoc cum sit est necessario.c. Tum cum.a. sit necessario .c. ipsum erit. Si igitur cum.a.sit.necesse est.b.esse, & cum.b.sit necesse est esse.a.hoc enim erat circuli modo uersari.ponatur.a. eo in loco quo ipsum est.c. Dicere igitur cum.b.sit.a. ipsum esse, nil aliud est quā dicere,cum.b sit.c.ipsum esse. Id autem nil aliud est quā dicere,cum.a.sit.c.ipsum esse. At idem est.c. & .a. quare fit ut hi qui censent orbis modo demonstrationem uersari,nihil aliud dicant quā cū.a.sit.a.ipsum esse.hoc uero pacto facile est oīa demōstrare. ¶ Accidit uero dicentibus circulum demonstrationem esse,non solum quod nunc dictum est. Sed nihil aliud dicere quā quoniam hoc est.si hoc est. Sic autem facile est demonstrare omnia. Manifestum autem est q; hoc accidat,tribus terminis positis,per plures,n.aut pauciores reflexionem dicere, differt nihil. Per paucos uero quā per duos.quando enim.a. existente,ex necessitate erit.b. Hoc autem existente,erit.c.ipso.a. existente erit .c. Si igitur.a. existente,necesse est.b.esse. Hoc autem existente, ipsum .a. (hoc enim erat circulo demonstrari)ponatur.a.in quo.c.igitur.b.existente.a.esse dicere,est.c.esse dicere. Hoc autem,quoniam.a. existente.c.est c.uero ipsi.a.idem est,quare contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere quā quoniam.a.est.a. est. Sic autem omnia demonstrari facile est. K

Cō. 35. ¶ Cum induxisset unum absurdum contra eos,qui concedebant omnia esse demonstrabilia: & demonstrationem circularem,videlicet q; ex posterioribus priora:& ex particularibus vniuersalia demōstrētur: nunc transit ad aliud absurdum.& prima facie sic videtur procedere. Si demōstratio circularis esset:ita vt oīa demonstrabilia sint: tunc per illam nihil aliud demonstraretur q̄ si .a. esset .a. esset. Vltra si per illam nihil aliud demonstraretur q̄ si.a. esset a.esset tunc facile esset omnia demōstrare. Prima consequētia prima facie declaratur supponendo q; tunc est demōstratio circularis,cū in eadem syllogismi specie cōuersio fit. Nam(vt diximus) si ab effectu causa demonstraretur, & deinde a causa effectus:hæc conuersio non esset in demonstrationibus, qm̄ processus ab effectu causam nō est demonstratio:sed syllogismus tantū: vel coniectura necessaria, vt Philoponus inquit. Quare si.a. demōstrat.b.a.est causa simpliciter prior ipso.b.& contra.b. demonstrat.a. etiam.b.erit causa simpliciter prior ipso.a. Hoc enim pacto secundū Arist.erit circulo demonstrare. Tunc ex his patet.a.esse causam simpliciter sui ipsius, quoniā quicquid est causa causæ est etiam causa causati. Igitur si.a. est causa simpliciter ipsius.b.& contra.b. causa simpliciter ipsius.a. vtriq;.a.erit sui met simplr causa. Quare si demonstratio circularis est:Idem simplr erit sui ipsius causa. Et sic per illā demonstrationē non plus habebitur q̄ si hoc est, hoc ē. Sic autē erit facile omnis demonstrare:quia cū ipsam solā rem haberemus:vt Eclypsim:mox demonstrationē haberemus, quoniā eclypsis esset ꝓpter eclypsim. Haberemus enim simul cām & effectū: & ita demonstrationē totam. L M

Contra opionē aliquorū. ¶ Ex his patet q; dicentes circularem demonstrationē: in diuersis generibus demōstrationis: aut in diuersis generibus cārum:non possunt Aristo. rōnē efficacem reddere. vt consideranti patet. Hanc rationē Aristo. ponit in terminis:& sumit tres terminos:& illos quidē eo mō: quo sumpsit secūdo priorū. Et qm̄ syllogistica cōuersio multiplex est:ne confusio accidat:sic illos tres terminos disponit, vt ambæ ꝓpōnes in prima demōstratione vocentur.a. Excusat autē se dicēs,per plures enim aut pauciores reflexionē dicere refert nihil.nec refert si eam dixerimus per paucos aut duos. Et ꝓpterea non est curandū si duę ꝓpōnes vno termino dicantur, videlicet ipso.a. Et sic totū antecedens uocetur.a.cōclusio vero ad illud fit.b. At cōclusionis conclusio fit.c.terminis dispositis deducit cōsequentiā sicsi.a.est. Et intelligo per.a. aggregatū ex maiore: & minore:& per.b.cōclusionē. Vltra:si.b.est.c. est. & per.c. intelligo cōclusionē conclusionis:quæ est terminus totius demonstrationis circularis:& ita intelligere oportet illud met aggregatū:quod intelligebatur per.a. Aliter non est circulo demonstrare. Et licet ex.b.non sequatur vnica demonstratione totum illud aggregatum: tamē diuersis demonstrationibus sequitur. Nā ex.b. cū altera ꝓpōnum sequitur nunc vna: & cū altera sequitur nunc altera secūdo priorū. Accipit tamē gratia breuitatis ex.b.sequi totū illud aggregatū simul. Igitur si.a.est.c. est a primo ad vltimum medijs non variatis:sed.c.idem est quod .a. (vt dictum est). Igitur si.a.est.a.est. Et ita si omnium esset circularis demonstratio:non plus per illam demonstraretur: q̄ si.a.est.a.est. qua ratione omnia esset facile demonstrare. N

Cap. O

Quæ obscuritas verborū. Ar. Ro. Primat Secunda. Tertia. Expō Philopo. ¶ Animaduerte:vt ex his:quæ Philoponus inquit colligitur. In verbis Arist.est multiplex obscuritas. Prima quidem:quo elementa pro terminis accepit. Secunda vero: quo terminos pro propositionibus. Tertia deniq;: quo non explicauit quid per.a. & quid per.b. & quid per.c. intelligat. ¶ Attamen (vt Philoponus per pulchre exponit)ipso.a. vtitur pro duabus ꝓpōnibus syllogismi: Aut pro minore:derelinquens maiorē in mente: & est melius: Vtitur enim.a.pro hac minore:homo risibile. Ipso autem b.vtitur pro conclusione, videlicet pro illa: homo est disciplinæ capax. Sequitur.n.homo est risibilis. Ergo homo est disciplinæ capax:quia in mente seruatur q; omne P

risibile cō clusio cōclusionis.

ꝓpōnes hō risibile	cōclō	hō disciplinæ capax hō
A minor ꝓpōnes	B minor	A

risibile est disciplinæ capax. Quare hac in mente seruatur sequitur. homo est risibilis. ergo homo est disciplinæ capax. Et qm̄ circularis ostensio conclusionē capit:vt minorem propositionē alterā inferendo, Rursus ipso.b.vtitur vt minore propositione inferēdo propositionē, quę fuit a principio:hoc modo:hō est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. Sequitur enim seruata in mente hæc, omne disciplinæ capax est risibile hæc enim est conuertens maioris prime demonstrationis: quæ fuit in mente seruata. Quare patet: q; si homo est risibilis, homo est disciplinæ capax. Et conuertitur:homo est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis.ergo a primo ad vitimum. si homo est risibilis,homo est risibilis. Et sic omnia esset facile demonstrare. Qm̄ quantum est ex demonstratione: quæ fit per elementa:nullum videtur absurdum conclusum esse:siquidē per.a.ostensum est.b.per.b.vero.c.resumit sermonem: & addit ponatur.a.in quo.c. hoc est ponatur idem.a. cū c. Et sic concluditur.a.existente.c.esse. Quare si.a. quidem existente.b.est.b.vero existente.c. est. Idem autem erat.a. cum.c. Concludetur igitur q;.a. existente.c.est: & cum c. &.a.idem sit, concluditur.a.exisītēte esse.a. hoc pacto Philoponus expofuit. ¶ Tunc venio ad verba. Dicit enim sic. Accidit vero dicentibus circulo demonstrationē esse,non solum Q

Cap. 2.

A solum quod nunc dictũ est:hoc est ex posterioribus priorem,& ex particularibus vniuersalia demonstrari. Sed nihil aliud dicere ꝙ quoniã hoc est: si hoc est: idest eadem eisdem & priora & posteriora esse:& notiora & ignotiora,quod quidem absurdum est: quoniam sic facile esset demonstrare omnia. Quod vero accidat dicentibus circularem demonstrationem esse:quoniam hoc est:si hoc est: proponit probare.& inquit. Manifestũ autem est ꝙ hoc accidat tribus terminis positis:& hoc merito: vt Philoponus subaudit, quoniam & demõstratio ad minimum est ex tribus terminis, hoc autem ideo: quia omnis syllogis-
1.prio.29. mus est ex tribus terminis:quare circularis ostensio ad minimum quidem est ex tribus terminis. Propositionibus vero duabus. Exponit autem hoc: & inquit. Per plures enim aut pauciores reflexionem dicere differt nihil:per pau-
B cos autẽ ꝙ per duos. Possibile enim est composito syllogismo vtentes per plures terminos syllogizant: & reflectere circulari ostensione: atq; nihil refert siue plures sint termini:siue pauciores. Per paucos autem hoc est per pauciores propositiones ꝙ per duas differt:quoniam impossibile est reflexionem fieri per pauciores tribus terminis: duabus vero ꝓpõnibus:quoniam neq; syllogismum cõtingit per pauciora fieri. Deinde ordinat discursum circularem:& inquit. Quando enim.a.existente:hoc est aut minore ꝓpositione: aut vtrisq; (vt diximus) ex necessitate erit.b.hæc est conclusio. Hoc autem existente videlicet.b. quod:vt conclusio ab initio acceptum est: nunc autem: vt propositio,erit.c.scilicet vltima conclusio.ipso.c. existente.erit.c.quare.a.existente ex necessitate est.Sed.c.assumit idẽ cum.a ergo.a.existente est.a.Tunc resumit rõnem:& inquit. Si igitur.a.existente,necesse est.b. esse:hoc existente.s.b. necesse est esse.a. (hoc enim erat circulo demonstrari)ponatur.a.in quo.c.ponitur:& sequitur(vt inquit)igitur.b.existente,a.esse dicere:est.c. esse dicere: qm̃ idẽ ponitur. Hoc autem.s.sequitur:qm̃.a.existẽte.c.est:vt a primo ad vltimũ patet.c.vero ipsi.a.idẽ est: quare (vt inquit)contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere ꝙ qm̃.a.est.a.est. Sic autẽ omnia demõstrare facile est. Nã.b.per.a.demonstratur.c. vero per.b. sed.c.est idẽ cũ.a.quare concluditur nihil aliud ꝙ qꝛ.a.existente:necesse.c.esse:hoc est.a.existente.a.est, hæc est expo
verborũ expositio sitio Philoponi. ¶ Quo vero ad verba attinet, Aris.sumpsit.c.idem quod.b.quoniã in circulo. idẽ est principium & finis,sed quia differunt ratione, ideo quasi altero nomi
Dubitatio ne vocauit. ¶ Sed dubitares, qm̃ per hãc rõnẽ non solum videt destrui circulus in demonstrationibus:sed in syllo-
D gismis. Qm̃ si in syllis esset circulus faciam Aris rõnẽ.s.qꝛ.a.syllogizabit.b.&.b.syllogizabit.c. ergo.a. syllogizabit.c.sed.c.est idẽ ipsi.a.ergo.a.syllogizabit.a. & sic omnia erit facile syllogizare. Quare per rationẽ Aris.non solum in demonstrationibus:sed in syllogismis circulus de-
Solutio. lebitur. ¶ Dicendũ ꝙ Aris. supponit demonstrationẽ circularẽ esse quoties prima demonstratio & secũda sunt eiusdem speciei. Nã tunc sequitur.a.demonstrat.b. demõstratione simpliciter:& a priori:&.b. demonstrat .c. etiã demõstratione simpliciter & a priori. ergo.a.demonstrat c.demõstratione simpliciter & a priori. Sed c.est idẽ ipsi a.ergo demonstratione simpliciter & a priori.a. demonstrat.a. Nõ aũt de syllõ sic est, qm̃ licet.a.syllogizet.b. b. nõ syllogizat c.eadẽ spẽ sylli: & ꝓpea nõ sequitur: vt.a. syllogizet.a. qm̃ syllogismi sunt spẽ differẽtes.

¶ At uero nec idipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur, quemadmodum ipsa propria. E

¶ At uero neq; hoc est possibile, nisi in his, quæ seinuicem consequuntur. sicut sunt propria.

¶ Vna expositio nostra est, ꝙ nunc velit Aris.ostendere eorum errorem in forma argumenti, qui concesserunt circularem ostensionem in demonstrationibus. Argumentabantur enim ex vna singulari vniuersalẽ hoc pacto. Cõuertibilia possunt circulo demonstrari. Igitur omnia possunt circulo demonstrari. Obijcit ergo nunc contra formam huius argumenti,& inquit. ¶ At vero neq; hoc est possibile vliter in omnibus Sed solum in his: quæ se inuicem consequuntur: qualia sunt propria. Quare ex illa singulari non sequitur vniuersalis. ¶ Philoponus (vt mihi videtur)sic exponit. At vero neq; hoc est possibile.s.eadem per idem demonstrari. Sed solũ cum tres termini capiuntur ita se habentes adinuicem: vt vnusquisq; ad cæteros conuertatur:hoc est: vt ipsi æquiualeant. Hoc autem ẽ dicere quoniã oportet propositiones ex proprijs componi: vtputa: homo: risibile, mentis: & scientiæ capax. Vnũ quodq; enim horum ad cætera conuertitur. Si enim non ita essent positi termini: neq; omnino circulari ostensione vti possibile erit. non enim possibile esset: vt propositiones conuertantur. Siquidem vniuersalia affirmatiua non ad seipsam cõuertitur: sed ad particularem affirmatiuam. Per quæ Philoponus dat intelligere Aris locutũ esse hypothetice: quoniam non vult in conuertibilibus circularẽ demonstrationem fieri, quoniam probauit vniuersaliter in nullis fieri possẽ. Sed vult ꝙ si circularis demonstratio sit possibilis: non fit nisi in cõuertibilibus. Præterea innuit esse intelligendum per propria propositiones: quæ componuntur ex proprijs. Nam tunc propositiones possunt vniuersaliter conuerti: vt Auer. dicit sunt autem propria subiectum: proprium: & definitio.

Cõm. 30.

Phi. expõ. F

1.hulus c6.6. G

¶ Demonstratum est igitur prius uno quidem posito nunquã necessario aliquid aliud esse, uno inquã aut termino aut positione. Ex duabus autem positionibus primis ac minimis fieri posse, siquidẽ & ratiocinari contingit.

¶ Vno quidem igitur posito, ostensum est, ꝙ nequaquam necesse aliquod esse alterum. Dico autem uno, quoniã neq; termino uno, neq; positione una posita. Ex duabus autem positionibus primis, & minimis. Siquidem contingit & syllogizare.

¶ Cũ dixisset supius illud accidere tribus terminis positis & ꝙ per pauciores illud non contingat, nunc in hoc loco (vt Philoponus inquit) illud resumit, & subaudiẽdum est: quoniam a nobis secundo priorũ ostẽsum est, ꝙ vno termino posito, aut vna propositione posita syllogismũ fieri impossibile est. Igitur vno posito ostẽsum est: ꝙ nequaquã necesse est demonstratiue aliquod alterum esse. Exponit se, & inquit. ¶ Dico autem vno, quoniam neq; termino vno: neq; positione vna posita: Vocauit autem propositionem: positionem (vt Philoponus inquit) quoniã diuisit immediatas propositiones in Axioma: & Positionem: Positionem iterum in petitiones: & definitiones: & sic communiter omnẽ propositionem vocauit positionem: vel dixit hoc: quoniã præmissæ in syllogismo generali nomine propositiones dicuntur. In demonstratione vero speciali nomine positiones. Addit. Sed demonstratio fit ex duabus positionibus primis & minimis. Primis quidem: quoniam simplicissimis. Syllogismus enim ex pluribus propositionibus compositus non ex primis cõ

Cõ. 37.

Cõ. 29. H

ponitur: sed ex pro syllogismis comprobatur. Minimis vero: quoniam non ex vna fit. Assignat causam, & inqt. Siquidem contingit & syllogizare: hoc est: quoniam vniuersaliter syllogismus ad minus ex duabus propositionibus componitur. ¶ Animaduerte vt Philoponus inquit. primo priorum: ex vno vel termino vel propositione bene posse aliquid sequi illatiue: non autem syllogistice. C.5.&.29

¶ Si igitur .a. & .b. & .b. mutuo se sequantur, sic tantum fieri potest ut ostendantur ex sese mutuo cuncta quæ postulata sunt in prima ratiocinationis figura, ut in libro priorum ostendimus. Quo loco etiam patebit cæteris in figuris, aut non fieri ratiocinationem, aut non ex hisce fieri quæ sunt sumpta.

¶ Si igitur .a. quidem ad .b. & ad .c. sequatur, & hæc adinuicem, & ad ipsum .a. sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia quæsita in prima figura, ut dictum est in his, quæ de syllogismo. Vbi etiam ostensum est quoniam in aliis figuris, aut non fit syllogismus. aut non de acceptis.

K Com. 38. ¶ Obiter nunc ostendit in qua figura syllogistica conuersio fit: & probat ꝙ in prima solum, & vti videtur ea probatione, qua exclusiuæ propositiones probãtur hoc modo. In prima figura conuersio syllogistica fit & in nulla non prima figura fit. ergo tantum in prima figura syllogistica conuersio fit. Præiacentem exclusiue resolutorie hoc modo probat. In conuertibilibus fit syllogismus conuersiuus. Hæc sunt in prima figura. igitur in prima figura syllogistica conuersio fit. vnde inquit. ¶ Si igitur .a. ad .b. & ad .c. sequatur: & hæc adinuicem, & ad ipsum .a. hoc ē, si igitur tres termini sint: vt & omnes conuertãtur ad omnes, sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia quæsita in prima figura vt secunda priorum dictum est: hoc pacto vt conuertentes maiorem propositionem: & eam componentes cum conclusione, alteram demonstremus, Vel conuertentes minorem: & cum illa componentes conclusionem maiorem demonstremus. Sic igitur patet in prima figura fieri conuersionem: quando propositiones sunt conuertibiles. Et subdit ꝙ in secũdo priorum etiam est demonstratum in alijs figuris aut non fieri syllogisticam conuersionem: aut non de acceptis. Et dixit aut non de acceptis: quoniam forte potest secunda figura reduci ad primam per conuersionem vniuersalis negatiuæ: quo casu posset in figura illa fieri ad alteram propositionem tantum: verum conuersio illa non esset de acceptis: sed ex extrinsecus assumptis. ¶ Philoponus longa expositione declarat quomodo in alijs figuris non fit cõuersio: aut non de acceptis, sed quia secundo priorum hæc diligẽter exposita sunt, satis sit hæc raptim tetigisse. ¶ Animaduerte ꝙ textus iste potest sic ad ordinem reduci, vt dicamus ꝙ Aris. velit assignare errorem eorum in forma: qui omnia circulo demonstrabilia esse asserebant ex eo quia conuertibilia circulo ostendi possunt. Et sumit duo, quorum alterum est ꝙ conuertibilia possunt in prima figura solum demõstrari: & in nulla alia. Et hoc exponit in hoc textu. Alterum ꝙ non conuertibilia non possunt circulo demõstrari, & hoc secundum sumit. & nõ probat: sed velut manifestum ex secundo priorum accipit. Ex his duobus remouet errorem in forma eorum: quia circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt: vt textu sequenti declarabitur. Hæc de ordine.

G.5.6.&7 — L — Cap. 5. — Ordinatio texti. — M

¶ Ea uero quæ prædicationem non suscipiunt mutuam, fieri non potest mutuo demonstrentur. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, constat uanum esse ac impossibile demonstrationem ipsam mutuam esse censere, atq; ob idipsum posse demonstrationem omnium esse. N

¶ Quæ uero non mutuo prædicantur, nequaquã est demonstrare circulo. Quare cum pauca hæc in demonstrationibus sint, manifestum est q. & uanum, & impossibile sit ex his, quæ sunt adinuicem, esse demonstrationem. atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse.

¶ Quæ igitur in hisce quæ sub scientiam simpliciter cadunt per
se dicuntur,uel eo pacto ut sint in prædicatis subiecta,uel eo rur
sus ut ipsa sint in subiectis ea ob ipsa & necessario sunt. Nam fie
ri non potest ut non competat aut simpliciter, aut opposita, uelu
ti lineæ rectum aut obliquum, & numero par aut impar. Est.n.
contrarium,aut priuatio,aut contradictio, genere in eodem, ceu
par est id quod est non impar in numeris ubi sequitur. Quare si
necesse est affirmare aut negare,necesse est & ea quæ per se in-
sunt competere. Id igitur quod de omni & id quod per se dicimus
hoc sit modo determinatum. Quæ igitur dicuntur in simpliciter Tex.10.
scibilibus sic ut insint prædicatis. Aut prædicata ipsis insint, &
propter ipsa insunt, & ex necessitate,non enim contingunt non
inesse aut simpliciter aut opposita. Vt lineæ rectũ,aut obliquum.
Et numero par aut impar,est.n.contrarium aut priuatio,aut con F
tradictio in eodem genere. ut par non impar in numeris est qua
tenus sequitur. Quare si necesse est affirmare,aut negare, neces
se est & quæ sunt per se,inesse. De omni quidem, & per se deter
minatum sit hoc modo.

¶ Cum enumerasset quatuor ipsius per se significata: nũc Cõmẽ. 11
vult ostendere q duo priora significata ipsius per se vti- Cõtinuatio.
lia sunt nobis ad demonstratiuas methodos. ¶ Cur vero Cur Aris. enomerauit tertiũ
cætera enumerauit: cum sint inutilia demõstratiue metho & quartũ prędicatũ
do: Themistius causam affert: q ea enumerauit amplifi- per se.
candi exornandiq; causa. ¶ Philoponus vero ait ea enume Them.
rata esse plenioris diuisionis gratia. Probat autem Philo- Philopo.
ponus q tertius modus demonstratiue methodo non sit Quod tertius mod⁹
necessarius ex eo quia tertius modus circa sola indiuidua nõ sit necessario
potissimum versatur, quæ de nullo prædicantur: sed hoc demõstrationi.
aliquid significant. Præterea indiuiduorum demonstratio
non est. ¶ Rursus probat q nec quartus modus vtilis sit. G
Primo quidem quia non semper causa est sui effectus cau
sa,non enim semper iugulatio causa mortis est:nisi sit leta
lis:& perfecta. At demonstratio vult habere ipsum sem-
per. Secundo quia quartus modus non est eorum: quę p̃- Quod nec quarto sit
dicantur: neq; eorum quæ insunt: & dato q causa de cãto vtilis .1.
prædicetur: & quidẽ de necessitate: non ad ,ppõnes demõ Secundo.
strationis tale cõfert: sed ad totius syllogismi generationẽ:
vtputa: quia luna deficit propter terre interpositionẽ: &
sic non ad ,ppõnes confert: sed potius ad syllogismi gene
rationẽ: quoniã in medij termini loco assumitur, exempli
gratia, vt in syllogismo tali Luna occiditur a terra. Quod
occiditur a terra deficit. Luna igitur deficit. Vbi patet ter
ræ Interpositionem non esse assumptam in propositione:
sed in medij termini loco. ¶ Quod vero duo prima sint Quod duo primo sint vtilia.
vtilia demonstratiue methodo: patet qm̃ assumunt in ,p- H
positionibus, & sunt necessaria: & per se. Quod primum
significatum Ipsius per se sit necessariũ, tãq; per se notũ
derelinquit: siquidem quæ in definitionibus alicuius assu-
muntur, oportet inesse illis ex necessitate. Quod vero se-
cundum significatum ex necessitate insit: non clarum est,
qm̃ non semper prædicatum inest omni subiecto: neq;.n.
omni numero impar: neq; par omni numero inest. Osten-
dit autẽ hæc ex necessitate inesse: qa horũ oppõ est imme
diata: & ęquiualẽs cõtradictioni. Contradictoriorũ.n.alte
rũ necessario inest: & omni: & semp. Ergo scd̃m signatũ ẽ
necessariũ: qm̃ ẽ eorũ: q̃ ipsa uel eorũ opposita necessario
insunt. Sic igit̃ ,pspicuũ duo prima eẽ vtilia. Cętera vero
eẽ addita ad plenior; diuisionẽ. Aris.ergo prio accipit q

I duo prima significata sint vtilia demõstrationi:& inquit. ¶ Que igitur dicuntur in simplr̃ scibilibus sic subaudi dicunt̃ vt in sint prædicatis:& hoc quo ad sc̃dm significatũ: quod eorum est:quæ definiuntur per subiecta. Aut prædicata ipsis subiectis insint:& hoc : ꝙ ad primum modũ: qui eorum est:quæ in subiectorum definitionibus collocãtur.Secundo accipit qualia sint hæc significata & inquit. Et propter ipsa insint quia de omni: & ex necessitate qa semper.Ergo duo accipit:quorũ primũ est: ꝙ dua prima significata vtilia sint demõstrationibus. Scd̃m ꝙ hæc sint de omni:& necessaria. Sumit autẽ primũ tanq̃ per se notũ.Scd̃m vero sumit: vt ostendat tertiũ & quartũ nõ vtilia esse:cũ nec sint eorũ q̃ p̃dicantur necessario:nec eorum quæ insunt necessario.Et intelligit p simplr̃ scibilia ea quę
K ꝓprie:& ꝑ se sciunt̃:& nõ per accñs:vt ꝓpositiones quę in demõstratione assumunt̃:vt exponit Philoponus. Nã si mediũ est subiecti hoc est minoris definitio:maior propositio est eius prædicati:quod per secũdo modo p̃dicat̃: vt hæc:Omne animal rõnale est disciplinæ capax.Minor vero est eius prædicatur:quod per se primo mõ p̃dicatur: vt hæc, Omnis hõ est animal rationale. Si naũt mediũ est definitio quæsiti:hoc est maioris:tã maior q̃ minor ꝓpositio eorũ est:quæ prædicant̃ sc̃do modo:vt Omne aptũ ad scientiã est disciplinæ capax.omnis hõ aptus ad sciẽtiã:ergo omnis hõ disciplinæ capax . Subiectũ.n.primæ, & subiectũ secundæ in definitione prædicati ponitur:vel poni põt.Quare hæc duo significata vtilia sunt ꝓpositionibus demõstrationis.Qm̃ interdũ vtroq; interdũ alterũ
Qęg recẽtiores. in ꝓpõnibus assumit̃. ¶ Recẽtiores aũt hæc omnia significata esse vtilia demonstratiue methodo arbitrant̃: ex eo
L potissimũ:quia Aristo. non cõsueuit ponere in libro nisi ea tm̃:q̃ sibi conferũt in doctrina . ¶ Quæ expõ Græcis expositoribus minime cõuenit,asserunt.n. duo prima significata simul aliqñ,aliqñ vero alterũ in ꝓpõnibus assumi.Quartũ vero assumi in loco termini medij. At tertiũ quod est indiuiduũ subæ:licet nec in ꝓpõnibus:nec in loco termini medij assumat̃.In Syllogismo tñ expositorio: vt mediũ assumi põ . Deinde ꝓbat illud secũdo loco assumptũ.s.ꝙ p̃dicata primi & secundi modi vtraq;.s.necessario insint:& inqt.Non.n.cõtingũt nõ inesse aut simplr̃: vt p̃dicata primi modi inesse dicunt̃. Non.n.possibile est (vt Philoponus inqt) q̃ in alicuius definitione assumunt̃, nõ & omni & semp ex necessitate subõ inesse.aut opposita:vt p̃dicata secũdi modi:etenim(vt Philoponus inqt) necesse est nõ sp ipsa p̃dicata sc̃di modi: sed totã oppõnẽ ex necessitate inesse.Omnia.n. numerus aut par: aut imp: & omnis linea aut curua aut recta. Aliter exponi põt: vt
M dicamus ꝙ Aristo. ꝓbat ꝙ p̃dicata sc̃di modi necessario insint subiectis: suppõnẽs tãq; per se notũ p̃dicata primi necessario absolute inesse:& inqt. Non.n. p̃dicata secũdi modi contingũt non inesse aut simplr̃ : hoc est absolute: vt disciplinæ capax homini,& sensitiuũ animali: aut opposita:hoc est aut totã oppõnẽ:etenim omni subiecto necesse est totã oppõnẽ inesse . Omnis.n. numerus aut par: aut impar,& omnis linea aut recta:aut tortuosa:& omne corpus gñabile:aut graue:aut leue:& hoc inquit. Vt lineę
Obiectio. rectũ inest aut obliquũ:& numero par:aut impar. ¶ Sed dices: in qbusdã p se accñtibus inuenitur medietas.nõ.n. omnis
Rñ.Phil. nasus est simus aut aqlinus:sed aliqs ẽ rectus. ¶ Rñdet Philoponus ꝙ etiã in his sit immediatã oppõnem accipere. Si ita dicimus oẽm nasum:aut rectũ , aut tortuosum esse:

N nã tortuosum si fuerit gibbosum in naso:erit aqlinus . Si fuerit cauũ:erit simus. ¶ Alr̃ rñdet Philop. ꝙ nõ in oibus accñtis oppõ necessario inest:sed in his,q̃ sunt simplr̃ scibilia, mõ simitas & aqlinitas nasi simplr̃ scibilia nõ sunt, & qa accepit p̃dicata secũdi modi inesse ex necessitate,aut simplr̃,aut opposita,hoc ꝓbat:& inqt.Est.n. cõtrarium subaudi cũ suo cõtrario:aut priuatio cũ suo habitu aut cõtradictio:hoc est alterũ cõtradictoriũ cũ altero in eodẽ genere subaudi susceptiui . Et iõ necessario oppõ inest siue sit cõtraria,siue priuatiua,siue cõtradictoria . In susceptiuis.n.& visus & cæcitatis necesse est alterũ oppositorũ in esse.Et in cõtradictione necesse est alterã particulã oĩno inesse:& in cõtrarijs.s.immediatis necesse ẽ alterũ cõtrariorũ inesse susceptiuis cõtrariorũ : vt nũero par aut impar, hoĩ,vitã,aut mortẽ:& corporibus gñalibus graue,aut leue,& aĩalibus sanũ,aut ęgrũ. Vel alr̃ põt expõi, vt dicamus ꝙ velit ꝓbare ꝙ alterũ cõtrariorũ immediatorũ necessario insit,& lege sic:dico alterũ cõtrariorũ ex necessitate ineẽ.Nã ipm cõtrariũ ẽ aut priuatio:aut cõtradictio. Et qm̃(vt Philop.inqt)credi posset in oibus alterũ cõtrariorũ eẽ vt priuatione vl cõtradictionẽ,addit in eodẽ gñe hoc ẽ i ꝓprio susceptiuo ,nõ.n.Hircocerus ẽ par,aut impar.Sed nũerus.nec lapis ẽ Cęcus aut vidẽs, sed aĩal,q̃ sũt ꝓpria illorũ susceptiua.Et hoc subscribit,vt par ẽ nõ imp in nũeris.In alienis aũt susceptiuis cõtraria ñ ita se hñt.Addit q̃tenus cõsequit̃.Nã par qđ ẽ(vt Philop.inqt)affirmatio ẽ:nõ impar vero negatio:sed hoc mõ dico par nõ impar eẽ q̃tenus sequit̃ in talibus ad affirmationẽ negano. Seqt̃.n.ad par nõ impar:& ad rectũ nõ tortuosum pp immediatã contrariorũ oppõnẽ.Tũc affert cõclõnẽ,& vim rõnis:& inqt.Quare si necesse ẽ aut affirmare,aut negare necesse ẽ ea q̃ p se insunt.Hoc ẽ si in oĩ aut affirmatio:aut negatio ẽ,in immediatis aũt cõtradictio ęqualet cõtrarijs.
P Ex necessitate igit̃ in talibus immediatis cõtraria subẽe
Auerro. inerũt.¶ Auer.vero dicit ꝙ aliqđ accñs spẽi simplr̃ cõpetit:vt risibile hoĩ gñi vero sub oppõne:vt animali qm̃ oẽ animal aut risibile:aut non risibile.Demũ epilogat: & inquit.De omni quidẽ & per se determinatũ sit hoc mõ.

¶ Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se,atq; hoc plane quo ipsum est. Tex. 11.

¶ Vl'e aũt dico,qđ utiq; & de oĩ est, & p se,et sc̃dm qđ ipsum. Cõ. 51.
Cõfutatio ¶ Cũ enumerasset significata verbi p se,& demõstrasset:q̃ demõstratiue Methodo vtilia sint:nũc trãsit ad declarãdũ quid sit vl'e:qđ tertio loco proposuit declarare.¶ Innuit
Vl'e trifariã dicitur aũt(vt Philoponus inqt). Vniuersale trifariã dici. Primũ quidẽ est p̃dicatũ:qđ omni subõ simplr̃ inest : licet nõ p se insit,vt nigrũ:qđ omni Ethiopi inest, & candidũ omni Cigno. Scd̃m vero, qđ omni inest & p se t vt hr̃e tres angulos duobus rectis ęq̃les omni Isocheli & p se inest.Et sensitiuũ omni homini & per se etiã inest,licet nõ primo.
Q Tertiũ deniq; est qđ & omni:& p se:& primo inest. Vt hr̃e tres angulos æq̃les duobus rectis omni: & p se,& primo triãgulo inest. Vñ inquit. ¶ Vniuersale aũt dico:qđ'
52. Buch. vtiq; & de omni est:& hoc quo ad vl'e primo mõ dictũ. & p se,& hoc quo ad vl'e secundo modo acceptũ.Et secũdũ quod ipsum:hoc est primo: & hoc quo ad vl'e tertio assignatũ vel melius & secundũ qđ ipsum ,p p se sum
Dfia Iter vl'e hic diffinitũ,& 1. pihermen. cap.5. psit:vt postea dicet.Et non tria,sed duo sigñata ipsius vl'is accepit.Nã verbũ sc̃dm qđ ipm ,p per se accepit: vt alterũ alterius sit expositiuum . ¶ Differt autẽ vniuersale qđ' accepit in primo pihermenias ab vniuersale qđ hic in demonstratiuis

A monstratiuis accipit: Ibi enim vt cōe quinque vniuersalibus: de quibus Porphirius. Hic vero ad demonstratiua cō tractum accipit: causa autē quia liber ille omnibus libris logicæ fere cōmunis est, hic vero nulli alteri, nisi sibi. Ob hanc causam ibi vniuersale longe communius accipit quam hic. ℣ Quo vero ad verba attinet, Vniuersale græce Catholu, dicitur, latine tum vniuersale, tum vniuersaliter prędicatum, verius autem Catholu prædicatum secundum totum dicitur: præsertim si scriberetur per: T. Nam si scribitur per Th, sonat veluti totum. Est.n. vniuersale prædicatum vt totum: licet non sit proprie totum.

Verborū expositio

℣ Patet igitur ea necessario rebus inesse, quæ ipsis vniuersaliter competunt.

℣ Manifestum est, quod quęcunque sunt vniuersalia, ex necessitate in sint rebus.

B Com. 53.

℣ Cum descripsisset vniuersale: nunc ex illius descriptione infert quasi Corollarie omne vniuersale necessario inesse rebus: quibus vniuersaliter inest: & inquit. ℣ Manifestum igitur est, quod quæcunque sunt vniuersalia, ex necessitate insint rebus. Et pōt intelligi omnia vlia, hoc est omnia significata vniuersalis, Vt puta tā qd' inest omni: quā quod inest omni: & p se, etiā & quod inest primo. Non enim videt aliquod vniuersale inesse omni, quin insit necessario. Consonat aūt huic expōni, Verbū plurale quæcunque vniuersalia: per quod omnia ipsius vniuersalis significata innuere videt: quia expō habet locū. Si tria significata vlis accepit in textu pximo: & pōt intelligi de vlibus demrātiuis: quæ insunt rebus primo. q.d. quęcūque sunt vlia.s. primo rebus inexntīa, ex necessitate insunt rebus. Non.n. omne vle inest necessario: licet insit omni: nā omni hoī ambulare aliqñ contingit inesse, & tñ nūquā necessario inerit. ℣ Vel forte per quęcunque vlia intelligit: & quod primo: & quod secūdo mō dicūtur: nā quę tertio mō dicunt: nondū exposuit.

C

℣ Atque per se & hoc quo ipsum est, eadem esse dico. velut lineæ per se punctum inest, rectumue, ed nāque ratione qua linea est. Et triangulo, hoc tres anguli competunt duobus rectis æquales quo triangulus est. Per se enim triangulus duobus rectis æquales angulos habet.

℣ Per se autē, & secundū quod ipsum idem est. Vt per se lineæ inest punctum & rectitudo. Etenim secundum quod linea est. Et triangulo secundum quod triangulus est, insunt duo recti. Etenim per se triangulus duobus rectis æqualis est.

Com. 54.

℣ Quia dixit vle pdicatū inesse rebus secūdū qd ipm, exponit p se, & secūdū quod ipsum idē esse: & inqt. Per se aūt. & secundū qd ipsum idē est: & hoc, pbat exēplis: & inqt. Vt p se lineæ inest punctū, & rectitudo, subaudi & secūdū quod ipsum. Etenim secundū qd linea est hæc lineæ insunt. Assignat secundū exēplū: & inquit. Et triangulō secundū qd' triāgulus est insunt duo recti, & sic secūdū qd ipsum: etiā & per se: cuius cām affert, & inquit. Et enim p se triāgulus duobus rectis æqlis est. ℣ Theophrasti sectatores (vt Philop refert) differre hæc aiunt. Nā afferunt verbū p se vlius esse quā scdm qd' ipsum. Qm̄ si quid est scdm qd' ipm, id & p se est non tamē contra. Nā Isocheli p se inest hr̄e tres angulos æqles duobus rectis. Nō tamē secūdū qd' Isocheles. Si.n. secundū quod Isocheles: nō vtrique æqlatero, aut Scaleno inerit. Hæc Theophrasti sectatores. ℣ Sed Arist. pōt defendi: Nā (vt Philop. innuit): Aris. nō dicit hæc idē esse in omnibus. Sed asserit hæc in quibusdā cōcurrere, vt in exēplis, quæ induxit. Etiam in homine: mētis & sciētiæ capax p se est, & scdm quod ip-

D Theoph. sectatores contra Aristo.

Defensio Aristo.

E sum: nō.n. secundū qd animal est mentis & scientię capax est: sed secundum quod homo. Videtur.n. hoc solum ex animalibus esse mentis & scientiæ capax. atque impari numero inest non inæqualia diuidi per se, & secundum qd' ipsum. Sic igit Aris. ea idem esse non nisi in quibusdā asserit, non tñ vlr, & sic quæ Theophrasti sectatores dixerunt non procedunt contra Aristo.

℣ Tunc autem quidpiam vniuersaliter inest, cum de quouis et primo ostenditur. Velut æquales duobus rectis habere, non vniuersaliter inest figuræ, & tamen de figura duorum rectorum angulorum æqualitatem licet ostendere. Sed non de quauis figura, nec ostendens figura quauis vtitur. Quadratum.n. est quidē figura, non tamē habet tres angulos duobus rectis æquales. His etiā triāgulus quorū est æqualium laterum. habet quidē quāuis duobus rectis æquales, sed non primus, sed triangulus prior.

F

℣ Vniuersale autem est tunc, cum in quolibet, & primo demonstratur. Vt duos rectos habere neque figuræ inest vniuersaliter. Et tamen est demonstrare de figura quod duos rectos habeat, sed nō de figura qualibet. Neque vtitur qualibet figura demonstrans. Quadrangulus.n. figura quidem est nō habet autē duobus rectis æquales, Sed Isocheles habet quidem quilibet duobus rectis æquales, non tamen primo. Sed triangulus prius.

℣ Secundū Philoponum. Hæc est tertia ipsius vniuersalis determinatio. Nā secundū ipsum textu illo. (Vniuersale autē dico) duo tantū significata accepit. Quoniā per se et secundū quod ipsum pro eodē sumpsit. & inquit. ℣ Vniuersale autem.s. tertio modo: quod demonstratiuum est, Tunc est cū in quolibet, & primo demonstrat, cū in quolibet, hoc est cū cuius eorum quæ sub prædicato sunt prædicatū insit. Vt puta cuius triangulo: hr̄e tres angulos ęqles duobus rectis. Et primo demonstratur: nam duos rectos habere, vt inquit. Neque figuræ inest vniuersaliter licet sit demonstrare de figura quod duos rectos habeat. Sed pro nam: quoniā non de figura qualibet demōstratur, & sic deficit vna conditionum. Neque vtitur qualibet figura demonstrans, cuius cām affert, & inquit. Quadrangulus enim figura quidē est, non habet aūt duobus rectis ęqles, & sic non primo figuræ inest. Neque Isocheli inest primo nā Isocheles habet quidē quilbet duobus rectis æqles: non tñ primo: Sed triangulus prius. Ex quibus vult habere tertiā ipsius vniuersalis significationē: vt illud sit qd' primo insit. ℣ Quibus patet ea: quæ de nullo prædicanf, nō esse vniuersalia. Nā omne vniuersale prædicatur per se nullū aūt per se est negatiuū. Insuper patet nullū (qd' in pluribus prædicatur) esse vniuersale: nisi forte dialecticū vniuersale dicatur. Siquidē vniuersale omne de omni fit. Rursus patet nullū prædicatū mediatū esse vniuersale: vt habere duos rectos respectu æquipedali. Igitur vniuersale est de omni, per se, & primo. De omni quidē ad drīā vniuersalis dialectici. Per se vero: ad differentiam vniuersalis negatiui. Primo denique ad differentiā vniuersalis mediati. ℣ Animaduerte quod subiectum de quo prædicatum vniuersaliter prædicatur: trifariam considerari potest aut respectu suæ substantiæ: aut respectu suæ essentiæ: aut respectu suorum suppositorum. Respectu quidem substantiæ: prædicatum, quod de eo dicitur, per se dicitur. Respectu sub essentiæ, quod de illo prædicatur: dicitur primo. Respectu suorum suppositorum: quod de eo prædicatū: dicitur vniuersale. ℣ Disputat hic Philoponus an omne demonstratiuum conuertatur ad prædicatum. ℣ Respondet quod omnę prædicatum vniuersaliter: quod de ali-

Com. 55. Expō Philopo.

G

Corol. 1.

Secundū

Tertium.

H Subiectū de quo pdicatum vniuersaliter pdicat trifariam pōt cōsiderari.

Dubium Philop.

Respons.

I quo subiecto demõstratur: conuertatur cũ suo primo subiecto. Per quæ Themistius velle uidetur solas definitiones: & propria: quæ conuertuntur cũ subiectis: esse pdicata: q̃ vliter de subiectis demõstrabilia sunt. Genera vero & drĩæ quæ omni & per se insunt: non tamen demõratiua sunt. qũ nõ conuertunt. Quare si recte verba Themistij intellexi, oportet dicere solas definitiones & propria esse vlĩa demonstratiua: qm̃ sola primo: & conuertibiliter insunt. At in fine capitis sentire vr̃ q genera ipsa vliter de differẽtijs prædicantur: vt animal de rõnali: & differentiæ de spẽbus vt rõnale de homine. Alioquin (vt inquit) cogetur demrõne ad solas definitiones, & ppria ptinere. Et si Themistius non sibi constat. Propterea alij (vt Philoponus narrat) dixerunt nõ omnia demrãtiua debere cõuerti, sed ea sola: quæ assumunt in potissima demõstratione. Hinc Auer. velle vr̃ q tã prædicata primi modi: q̃ pdicata secundi modi vniuersalia sint: modo de omni p se, & primo pdicetur. Faciunt ad hæc exẽpla Aristo. q̃ partim in prędicatis primi modi: partim in pdicatis secundi modi consistunt. Quærunt Iuniores cũ vniuersale habeat tres conditiones, & ex parte prędicati, & ex parte subiecti, e qua parte pcipue vlis rõnẽ sortiatur. Nonnulli dixerunt vniuersale rõnẽ suã e subiecti ipsius parte sortiri: rõne videlicet habita ad illius subiecti suppositã. Alij dixerũt vniuersale sortiri rõnẽ suã ab ea particula: quod ẽ primo, hoc est non per medium. Et hac rõne Aristo. vtit ipso vniuersali in hoc libro. Fauet huic qm̃ ab vltima differẽtia vnumquodq̃ suã rationẽ sortitur modo vltima differẽtia est verbum primo. Alij & nos diximus. Vniuersale sortiri suam rationẽ ab illis tribus. s. de omni per se & primo, quæ assumuntur in vniuersalis definitione loco vltimæ differẽntiæ, quæ ignota est.

Quæ the.

Opĩo aliquorum.

K

Auerro.

Dubĩ

Alia sen.

L

Qui igitur demonstratur primus duobus rectis æquales habere, uel quoduis aliud, ei primo uniuersaliter competit. Et demonstratio per se eius uniuersaliter est: cæterorum uero, quodam modo non per se, nec eius uniuersaliter est qui duorum est æqualium laterum, sed superat & ad plura sese extendit.

Quodcunq; igitur primum demonstratur duos rectos habere, aut quodcunq; aliud, huic primo inest uniuersale. Et demonstratio per se huius uniuersalis est. Aliorum autem quodam modo, nõ per se, neq; Isochelis est uniuersaliter, sed est in plus.

Cum declarasset quid sit vniuersale prędicatũ: hic exponit duo: & quid sit vniuersale subiectum: & cuius primo sit demonstratio. Addẽs quorũ demonstratio sit p accidẽs: & inquit. Quodcunq; igitur primũ subiectum demonstratur duos rectos hr̃e: aut habere quodcunq; aliud: hoc subaudi est subiectum primum vniuersale: cui primo inest vl̃e. Hęc de vniuersali subiecto. Deinde addit cuius sit primo demonstratio: & inquit. Et demonstratio p se huius vlis subiecti est. Addit tertio quorũ demonstratio sit p accidẽs, hoc est non primo, & inquit. Aliorũ autẽ. s. subiectorũ quæ sub illo primo, vel supra illo primo cõtinẽtur demonstratio est quoddã modo non p se, sed quasi per accidẽs. Et p hoc asserit cuius non sit vniuersaliter: & inquit. Neq; Isochelis ẽ vniuersaliter, sed eius cuius est p se primo demonstratio, est in plus: quoniam est ipsius triãguli primo. Animaduerte q demonstratio est cõclusionis p se: vt totius demõstrationis formæ. Est propõnũ vt materiæ, qm̃ ppositiones sunt potẽtia conclusio. Est subiecti ut eius de quo quęsitũ demõstraĩ. Est pdicati vt eius quod quærit: & demrãtur. Horũ aũt subm̃ & pdicatũ cũ

Com. 56.

M

Notabile.

primo talia sint. vlĩa ab Aristo. dicuntur: propositiones vero: & conclusio ex vniuersalibus constant. N

Oportet autem non latere errorem per sæpe fieri, & non esse id quod ostẽditur primum uniuersale quemadmodum esse uidetur. Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter singulare uel singularia nihil est quod accipiatur superius.

Oportet autẽ non latere, quoniam multotiẽs contingit peccare, & non esse quod demonstratur. Primum uniuersale. Secundum quod uidetur demonstrari uniuersale primum. Oberramus autem hac deceptione, cum aut aliud nihil sit accipere a superiori præter singulare, aut singularia. Tex. 12.

Cũ docuisset vl̃e: nunc vult assignare causas deceptionis secundũ quas contingit sæpe numero errare circa vniuersale. Verũ Themistius & Auerroes velle uidentur Aristo. exponere primo cãm cur cũ nos aliqñ demõstremus vniuersale: nõ credamus ipsum esse vl̃e. Et asserit causam huius esse, q sub vna spẽ sit vnũ tãtũ singulare. Verbi cã: Vt si de terra q in meditullio orbis sit locata, demonstremus, tũc id quod vniuersale est vniuersaliter demonstrasse non videmur: & tamen re reuera vl̃e demonstramus Qm̃ non de terra quo terra vna est: sed quo terra: id demonstramus. Et sic cã erroris est: q vnum sit indiuiduum numero sub specie. Melius aũt & magis verbis Aris. consentanee Philoponus hunc errorẽ exponit. Vult enim q Aris. assignet causam: cur aliquãdo nos non demonstrantes vl̃e: putemus vlr̃ id demonstrare. Et hoc ponit Aris. & inquit. Oportet aũt non latere: qm̃ multoties circa acceptionem vl̃is: contingit peccare: & non esse quod demonstraĩ. Primũ vl̃e: Secũdũ quod videtur vniuersale primum demonstrari. Ecce q errorẽ, vt nõ sit vniuersale: quod putauimus vlr̃ id demonstrare. Assignat autẽ vnam cãm: vtputa quando singulare aliquid fuerit in diuiduũ sub specie de quo facimus demonstrationẽ. Vt q terra in medio vniuersi sita sit. aut q mundus sphæricus. In his putamus vl̃es demrõnes facere: quoniã per se insunt: quæ demonstrantur, & nulli alteri præter illa: nõ tamen nõ sunt hæ vl̃ia. Qm̃ si plures essent mũdi aut terræ plures, talia vtiq; in illis quadrarent. Veluti si in mundo esset vnus solus hõ: vt tempore Deucalionis & demonstraretur de illo q esset disciplinæ capax, vtiq; putaremus vniuersale esse quod demonstratur de Deucalione: cum illi: & nulli alteri præter illud competeret: & tamẽ non esset vl̃e: qm̃ non secundũ quod Deucalion demonstrareĩ illud: sed secundũ quod homo. Nã si plures essent adhuc illis cõpeteret: vnde inquit. Oberramus aũt hac deceptione. s. qua putamus vniuersale demonstrasse cũ nõ sit vniuersale, Cũ aũt aliud nihil a superiori accipere sit præter singulare: aut singularia. Nã tunc putaremus vl̃e esse, cũ non sit vniuersale id, quod demonstratur de Deucalione putaremus dico esse vniuersale: qm̃ ei competeret: qd̃ demonstratur: & nulli alteri. Est autem error: qm̃ non de illo singulari demõstratur inquantũ illud: sed per rõnẽ superioris. Addit autẽ aut singularia, si demonstrationes fierent plures diuersarũ rerũ vt de sole, de mundo: de terra: quorum singularia plura sunt in diuersis speciebus. Sed vt cũq; sit causa qua decipimur prima est) quia in specie vnum numero est indiuiduum. Ideo creditur omne de illo indiuiduo demonstratum esse vniuersaliter demonstratum: creditur autem, quia illi: & nulli alteri cõpetit. Quidam Iuniorum quærunt cur potius allucinationes quæ contingunt circa conclusionem pertractat non autẽ quæ contingũt

Cõ. 57. Continuatio.

Expõ Themi. & Auer.

O

Expõ Philop.

P

Q

Dubĩ Iuniorũ.

A cōtingūt circa ꝓpōnes. Præterea.cū rectū iudex sit sui, & obliq: cur pdeclarauit qd cōclō sit, & postea errores: q contingūt in illa. Insup cū cōclusio sit, tū p se: tū de omni: cur potius errores circa illā exposuit inquantū est vl'is: & non q̄tenus p se: & de omni. Hæc Iuniores: q̄ nō ab re admiror: cū supponant falsum: Nō.n. Aristoteles errores aut qui circa ꝓpōnes, aut q circa cōclusiones accidūt exponit, sed errores qui emergūt circa vl'e: quod est pdicatū p se: de omni: & primo de eo, de quo vl'iter assignaē. Et sic falsum est Aris. errores exponere, q circa cōclōnes emergūt. Præterea. dato q errores exponar: q circa cōclōnem accidūt: tacuit errores qui circa ꝓpōnes emergūt: qm posterius declarabit errores, qui accidūt circa mediū: qui ad ꝓpōnes attinēt. Præterea Rectitudo ipsius cōclōnis præostensa est: qm declaratū est: q vl'e debeat esse de omni, p se, & primo. Cur vero tacuit errores, qui accidunt

B circa de omni & per se: vna cā est, quia ptinēt ad librū topicorū, alia & quidē verior est: quia tales allucinationes: quales circa vniuersale accidūt: nō contingūt circa de omni: & p se. Sed circa ea: quæ hic dicit Aris. est quæstio nō parua. Nā singularitas, vt singularitas: scientiā nō impedit: vt Auicen. asserit, Sed materia: quæ p se ignota est. Ergo ꝓpter ipsam singularitatē, qua iste sol est vnus numero in sua spē: non videē error oriri circa scientiā. Et dicendū q licet singularitas non impediat scientiā: q a pōt scientia haberi de æternis singularibus: singularitas tñ impedit aliquid sciri primo: vt expositū est. Cur vero in aliqua specie nō sit nisi vnū numero singulare: in aliq plura eiusdē spēi, qō metaphysica est. Animaduerte tñ Iuniorū nonnullos dixisse errorē hunc procedere circa conclusionē, quo ad illius subm. Et (vt mihi videtur) errant: siquidem hic error cōtingit circa vl'e, At vniuersale pdicatū

C est. Propterea dico hunc errorem oriri circa prædicatum: accidere tamen ratione subiecti, vt patet.

Aut est quidem, sed nomine caret in diuersis spetie rebus.

Aut sit quidem, sed innominatū sit in differentibus spē rebus.

Secūdū Themistij paraphrasem: cū Aristoteles assignaē sēt cām cur vl'e demōstremus, & nō credamus vl'e demōstrasse, nūc assignat cām: cur credamus vl'e demonstrasse, & tñ non est vl'e, qd credebamus vniuersale demōstrasse. Et causam affert ex eo: qa communis natura: cui primo & vniuersaliter affectio competit nomine caret. Ideo creditur q sit vniuersalis & primo competens omnibus illis, quæ continentur sub illa natura: quæ nomine caret. Vbi animaduersione dignum esse quasdā rerū species: quæ inter se differunt, ratione tamen vna conueniunt, verum id in quo conueniunt nomine caret. Veluti nume-

D rus, magnitudo, & tempus: quę specie differunt: sed cōueniunt in quadā cōmuni natura, quæ est innominata. Si ergo de numero demonstretur commutata ꝓportio: aut de tēpore: aut de magnitudine: cū illa de quibus demonstratur: non habeant commune nominatum: credimus illud demonstratum de tēpore esse vniuersale, vel si de numero, idem credimus: erramus autē quoniam nulli illorum prædicatum illud primo competit, Sed communi innominato. Philoponus vero vult, q hic assignetur causa deceptionis propositæ: qua credimus vniuersale demōstrasse: & non vniuersaliter demōstramus. Credimus .n. de numeris primo & vniuersaliter demonstrasse ꝓportionem commutatam vt. 7. libro Euclidis patet: non tamē demonstramus: causa vero cur illud credatur, est: quia cōmune temporibus, numeris: & magnitudinibus, cui vniuersaliter: & primo competit: est innominatum & propterea cum demonstramus proportionem computatam de numeris: credimus illud esse primo & vniuersaliter demonstratum: quia carentia nominis eius: cui vniuersaliter competit: credimus vniuersale esse. Verbi causa in. 7. lib. elementorum Euclidis: sit hæc demonstratio, vt se habet 32. ad. 16. ita vni ad quatuor, quare permutatim se habebunt. 32. ad vni &. 16 ad quatuor. Idem demonstraē. 5. libro elementorum eiusdem de magnitudinibus. Potest et & de temporibus idem demonstrari. Creditur ergo qd demonstratur vniuersale esse de quolibet illorum: nō existente nominata aliqua ratione communi: de qua primo & vniuersaliter demonstretur: & hoc inquit. Aut sit qui

E

F dē subaudi aliquod cōecui vniuersaliter cōpetit, sed innominatū sit in diuersis spē rebus: nā tūc crederemus qd de vnoquoq: sub illo contento demōstraē: esse vl'e, cū reuera non sit. Hæc est Philoponi expositio.

Aut est ut pars totum id de quo demōstratur. Parti nāq; accommodabitur quidem demonstratio. & de qualibet erit. Aut tamen non erit, huius primi uniuersaliter demonstratio. Atq; huiusce primi, ut hoc est demonstrationē dico, cū est primi uniuersaliter.

Aut contingat esse, sicut in parte, totum. In quo demonstratur. His enim quæ sunt in parte, inest quidem demonstratio. Et erit de omni. Sed tamen non huius erit primi uniuersalis demonstratio. Dico autem huius primi secundum q huius, demonstrationem, cū sit primi uniuersalis.

Hic secundum Themistium tertia erroris causa assignatur. Et est cum quis aliquid in esse omni demonstrat: credit id vniuersaliter demonstrasse. Philoponus vero in idem concidit, dicit enim hunc esse tertium erroris modū.

G Innominatū quidē est cōmune, non sit autē in illo demōstratio: sed in vnaquaq: specierū seorsum. Proficiscitur autē error: ꝓpterea, & quia omni tali inest. Cū enim omni tali insit: vt omni Isocheli habere tres angulos ęquales duobus rectis creditur vniuersaliter ei inesse, & nō est ita: qm oportet vt insit omni, per se: & primo. Legit autem Philoponus verba Aris. dupliciter: primo sic. Aut contingat esse, hoc est: aut si totum: in quo demonstratur. s. triāgulus, Sicut in parte, hoc est contractum ad eius speciem: vtputa ad Isochelem: hoc est aut sit: id de quo demonstratio sit: non ipsum cōmune. s. trianguli: sed eius species. Dicitur enim species pars: & genus totū. s. vniuersale. Legit aliter: & inquit. Aut contingat esse: hoc est aut sit totum in quo demonstratur exsistens sub aliquo: vt in eius parte. Veluti Isocheles in triangulo. Species enim totum est definitiuum: triangulus vero quis definitiua, & sic species est in genere vt in parte totum. q. d. aut sit illud de quo de-

H monstratio sit: species quæ est quoddam totum existens in genere, vt parte eius, nam tunc est tertia erroris causa, q credimus aliquid vniuersaliter de eo demonstrare, cū nō sit vniuersale. Placet autem Philopono magis prima expositio ꝓpter verba quæ subscribuntur. Dicit enim, eis enim quæ in pte, inerit quidē demōstratio: & erit de omni, ecce quo modo in parte speciē vocat non genus: est. n. Isocheles pars trianguli. Et sic prima expositio consona est magis. Facilius tamē legi pōt: aut cōtingat esse totū in quo demonstratur sicut in parte, hoc est sicut particulare, & per totum intelligit subiectum distributum de quo demonstratio sit: Cum enim tale subiectum vniuersaliter distributum contingat esse veluti quoddam particulare

I sub aliquo vniuersali: vt Isocheles sub triangulo. Tunc est tertia erroris causa: qua decipimur credentes esse vniuersale quod de illo demonstratur, cum non sit vniuersale. Sed ne quis credat de particularibus speciebus nullo pacto demonstrationem esse, subscribit. His enim quæ sunt in parte hoc est his quæ sunt particulares species sub genere : inest quidem demonstratio : & erit subaudi quod demonstratur, de omni. Sed tamen demonstratio non erit huius vniuersalis primi. s. Isochelis. Exponit vero quid intelligit per illud verbum huius primi, & inquit. Dico autem demonstrationem esse huius primi, tenus huius: hoc est vniuersaliter. Sumpsit enim (vt Philoponus inquit). Quatenus huius pro vniuersali. Vsus est n. hoc verbo quatenus pro eo quod est esse vniuersalẽ demonstrationẽ: nam de omni Isochele demonstratur q̀ habeat tres angulos, æquales duobus rectis: sed non primo.
K sed de triangulo prius. Et huius primi demonstratio est. Idem enim est dicere homo inquãtũ homo est risibilis, & dicere homo primo & vniuersaliter est risibilis. Sĩr homi nis est demonstratũ risibile vt hominis: & primo ac vlr ho minis. Quare licet de omni Isochele sit demonstratũ habere tres: non tamen de Isocheli, vt Isocheles, & sic non primo. Patet igitur tertia decipiendi causa: cũ de omni demõstratum credimus primo & vniuersaliter esse demonstratum. Quod falsum est: vt expositum est satis.

¶ *Si igitur quispiam ostenderit rectas duas lineas non concurrere inter quas eadem in parte sunt anguli recti, recta ex linea secante, illas oborti huius ex eo demonstratio proprie uidebitur esse, quia sic est in omnibus angulis rectis. Verum non est quippe cum id fiat non ex eo quia sic sint illi anguli duobus rectis æquales, sed ex eo quia quouis modo duobus æquales sint rectis. Et si*
L *nullus alius esset triangulus quã hisce qui duorum est æqualiũ laterum huic ut duorum est æqualium laterum angulos æquales duobus rectis habere competere uidetur. Et similitudo rationum mutato ordine, numeris, ut numeri sunt. lineis, ut lineæ. solidis ut solida temporibus deniq;, ut tempora uidetur competere, quemadmodum seorsum olim ostẽdebatur. Quod tamen una demonstratione de omnibus demõstrari potest. Sed quia non sunt quidpiam unum hæc omnia nomine uocitum, numeri inquã longitudines, tpa, solidaq;, atq; differunt inter se spẽ, ideo sumebãtur seorsum.*
Exẽplum 3. causæ. ¶ *Si igitur aliquis demonstrabit q̀ rectæ non concurrant, Videbitur utiq; huius esse demonstratio, Propterea quia in omnibus rectis est, sed non est: nisi quidem q̀ sic æquales sint, fiat hoc. Sed uel quomodolibet æquales.*
Exẽplum primę cã textũ 13. Exẽplũ 2ę cãæ. ¶ *Et si triangulus non sit alius quã Isocheles. Isocheles utiq; uidebitur esse. Et proportionale q̀ commutabiliter sit, quo numeri sunt, & quo lineæ, & quo solida, & quo tempora, quemadmo*
M *dum demonstratum est aliquando seorsum, contingens est de omnibus una demonstratione demonstrari. Sed propterea quia non est nominatum id, in quo hæc omnia unum sunt numeri, longitudines, tempora, Solida, & specie differunt adinuicem, seorsum accipiantur. Nunc uero uniuersaliter demonstratur, non enim inquantum lineæ, aut numeri sunt, inerat, Sed in eo q̀ hoc est, quod uniuersale supponunt esse.*
Com. 60. ¶ Cum dixisset errorẽ trifariã fieri: subsequenter triũ errorũ exẽpla exponit: sed non vtitur ordine exẽplorũ eo modo: quo ordine modorũ. Nã primo accipit exemplũ erroris tertij modi, & inquit. ¶ Si igitur aliquis demonstrabit, q̀ rectæ non concurrant. Videbit vtiq; huius. s. cõclonis esse demonstratio: subaudi prædicati vlr. Propterea q̀ in omnibus rectis sit, Sed non est hæc demonstratio prę-

dicati vniuersaliter non enim valet: competit omnibus rectis, ergo est vniuersale prædicatũ, nisi fiat hoc: hoc ẽ hæc demonstratio q̀ sic æquales sint s. secũdũ rectũ: vel si nõ secundũ rectum: saltem quolibet equales. ¶ Animaduerte (vt exponit Philoponus) q̀ lineæ rectæ bifariã sunt: aut simpliciter rectæ: & hæ sunt, supra quas cadens linea recta rectũ vtrinq; angulũ facit, simpliciter vero dicuntur rectę q̀ secundũ nullã partẽ sint tortuosæ, Aut sunt secundũ quid rectę, vtputa quæ secundũ aliquid sui sunt rectæ: Secundũ vero aliquid tortuosæ, semper tamen æquidistantes: Vult ergo Aristo. dicere: q̀ demonstratio qua demõstratur q̀ rectæ lineæ non concurrant: licet prædicatũ sit de omni subiecto, non tamen demonstratio est prædicati vniuersaliter: nisi sic: hoc est inquantum æquales, & æquidistantes fiat demonstratio, vel quomodolibet rectæ: hoc est aut simpliciter, aut secundum partẽ. Prædicatum ergo est vniuersaliter dictum de omnibus non quo rectæ sunt: sed quo æquidistantes, siue rectæ siue giratiuæ sint. Deinde ponit exemplũ primi modi, & inquit. Et si triangulus non sit alius q̃ Isocheles: Isocheles vtiq; videbitur esse hoc s. habere tres angulos æquales duobus rectis secũdum q̀ Isocheles: & illud videretur esse vniuersale: nunc vero nõ est: non enim secundum q̀ Isocheles id inest, sed secundũ q̀ triangulus: quare non est vniuersalis demonstratio, q̃ est in Isochele: sed quæ in triangulo. Deinde ponit exemplũ secundi modi: & inquit. Et proportionale q̀ commutabiliter sit: hoc est posse commutatim proportionari demonstratur de numeris, quo numeri sunt: & de lineis: quo lineæ sunt, & de corporibus, quo corpora siue solida sũt: & de temporibus: quo tempora sunt, ita vt quemadmodum est demonstratum aliquando seorsum. Illud prædicatũ de singulis, ita contingẽs est de omnibus vna demõstratione demõstrari cõmuni videlicet omnibus illis, Verbũ aliquando (vt Philoponus notat) nõ tẽporaliter accipiẽ: quia tunc esset sensus q̀ aliquando fuisset illa demonstrationũ disseminatio, & nõ semper: deinde exponit erroris cãm, & inquit. Sed ꝓpterea quia nõ est nominatũ id: in quo hæc omnia vnum sunt vnum, videlicet longitudines tempora solida: & specie differunt adinuicem propterea aliquando seorsum accipiantur: & hæc est causa errandi. Addit non propterea esse ita: & inquit. Nunc autem vniuersaliter demonstratur demonstratione communi omnibus: & verbum nũc non temporaliter accipitur: quoniam esset sensus nunc: & non prius: & assignat causam, & inquit Non enim inquantum lineæ: aut numeri sunt. Illud prædicatum inerat: sed in eo q̀ hoc est. s. quod dam commune, quod vniuersale supponunt esse. Hæc sunt exempla dictorum modorum.

¶ *Nunc autem uniuersaliter demonstratur. Non. n. hisce competit, ut lineæ sunt, uel uti numeri, sed ut hoc, quod quidem uniuersaliter his inesse cunctis supponitur. Quocirca siquis unumquẽq; triangulum, eum inquã qui ex æqualibus lateribus omnibus, & eum qui ex uniuersis inæqualibus constat, & item eum qui duorum est æqualium laterum, aut una, aut alia seorsum demonstratione tres æquales duobus rectis ostenderit, nondum his profecto triangulum scit duobus rectis æquales habere, nisi eo sciendi modo quem ipsi suo more profitentur sophistæ. Neq; de triangulo uniuersaliter id percipit, & si nullus alius præter istos triangulus est. Non. n. id istis ut trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formæ, sed numeri inesse cognouit, tam & si nullus triangulus est, quem ipse & non scit æquales duobus rectis habere.*

N

Philopo. Lineæ rectæ bifariã sunt.

P

Q

¶ Propter

A ☞ *Propter hoc nec si aliquis demonstret. vnumquemq; triangulū demonstratione, aut una, aut altera, q duos rectos habeat unusquisq; Isopleuron seorsum, & Scalenon, & Isocheles nondum cognouit triangulum q duobus rectis sit æqualis, nisi sophistico modo, neq; uniuersaliter triangulum, ne quidem si nullus est præter hæc triangulus aliter. Non enim secundum quod est, cognouit, neq; omnem triangulum, sed uel secundum numerum. Secundum speciem autem non omnem, & si nullus est. quem non nouit.*

Com.61. ☞ Non sunt hæc verba valde obscura: tamen verborum contextus non est facilis, ideo in alijs nostris commentarijs, quæ in iuuenta confecimus, dicebamus: q Arist. hic quasi ex dictis soluit Sophisticum quendam syllogismū quo veteres circa acceptionem vniuersalis capiebantur. Arbitrabāt enim esse optimum syllogismum. Scio scalarium, & æquipedum: & æquilaterum habere tres æquales duobus rectis. Omnis triangulus est scalarius: æquipe B dus: & æquilaterus. Igitur scio omnem triangulum habere tres æquales duobus rectis. Modo hic syllogismus nō valet, non enim ex maiore de scito: & minore de inesse conclusio sequitur necessario & per se, nisi sophistico modo, hoc est per accidens. Nam licet ex maiore de necessario & minore de inesse, conclusio de necessario sequatur: non propter hoc sequitur ex maiore de scito, & minore

Expō Philopo. de inesse, nisi sophistico modo: & accidentaliter. ☞ Philoponus autem facilius vult q Arist. ex dictis velit ostendere: q dato q quis ostendat vnamquamq; specierum earum, quæ sub vniuersali seorsum, & nullam derelinquat speciem: non propter hoc hęc ostensio erit demonstratio: quoniam non vniuersaliter demonstrauit: nō enim in aliquo communi: cui primo prædicatum inest: demonstra C uit. Sed hæc ostensio videur sophistica, cum fit ex particularibus de vniuersalibus syllogismus: & quasi ex accidentibus faciens comprobationem. Nam si omnes species distinxerit (vt dixi) quæ sunt sub triangulo: non secundum q triangulus nouit: q habeat tres angulos æquales duobus rectis, sed vnumquęq; ipsorum particulatim: quoniam licet nullum particularium ignoret, Secundum tamen cōmunem ipsorum speciē non nouit. Sic igif vult Philoponus q Arist. declarauerit ostensionem vniuersalem de singulis speciebus: quæ sub vno genere continentur: non fit demonstratio, quoniam non demonstratur ꝑ illam accidens de subiecto. Cui primo & vniuersaliter inest, hoc est de communi eius subiecto. Sed hæc ostensio est de illo communi modo sophistico, quatenus non est prima ostensio: sed a posteriori ex particularibus. Bene Arist. inquit. ☞ Propter hoc subaudi quod in dictis exempiis exposuimus. Nec si aliquis demonstret vnumquęq; D triangulum demonstratione: aut vna, aut altera: hoc est diuersa cuiq; accommodata: q duos rectos habeat vnusquisq;: Isopleurō seorsum, & Scalenon seorsum, & Isocheles seorsum, nondum cognouit. s. demonstratiue triangulum q duos rectos habeat, nisi sophistico modo: quoniā subaudi, neq; vniuersaliter triangulum cognouit, etiam si nullus sit præter hęc triāgulus alter, assignat causam quare sophistico modo: & inquit. Non enim secundū q triangulus est: cognouit: neq; cognouit omnem triangulū secundum q triangulus: sed secundum numerum. Secundū speciē autem nō omnē, & si nullus est quem non nouit: qua hæc ostensio cū sit per particularia de vniuersalibus: & a posteriori: non erit demōstratio: sed erit syllogismus ex accidentibus modo sophistico: non q sit sophisticus, sed modo sophistico, quatenus a posterioribus & particu E laribus fit: non autem demonstratur accidens de proprio subiecto per eius veram causam: vt superius diximus. per quæ dat intelligere eum syllogismum esse demonstrationem, per quem aliquod accidens ostenditur de aliquo subiecto: cui primo inest, & per veram illius causam.

☞ *Quando igitur non scit uniuersaliter, & quando simpliciter scit, manifestum est. Enimuero si eadem esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli cæterorumq; triangulorū demonstratio, aut cuiq;, aut omnibus, æque sine ullo discrimine accommodantur, ut patet. Cum uero non sit eadem, sed diuersa, tresq; anguli duobus rectis æquales hoc cuiq; competunt, quo quisq; triāgulus est, non scit hisce simpliciter, qui dicto modo demonstrat.*

☞ *Quando ergo non nouit uniuersaliter, & quando nouit simpliciter, Manifestum est utiq;, quoniam si idem erit triangulo esse, & Isopleuro, aut unicuiq;, aut omnibus. Si uero non idem, sed alterum, est autem secundum quod est triangulus, non nouit.* Tex.14. F

☞ Secundum Themistium: cum Arist. dixisset ad scire speciem non sequi scire genus: etiam si nihil aliud si pręter genēris species, quas qui sciuit, qua non est idem scire de omni: & scire vniuersaliter: nam possum scire vnumquemq; habere tres: & non scire vniuersaliter triangulum habere tres: & hoc quia scire de omni est aliud a scire vniuersaliter: quærit nunc quando non differt scire vniuersaliter: & scire de omni. ☞ Philoponus vero quasi idem concedens, dicit q quærat duo: alterum, quando non nouit vniuersaliter subaudi si nouit de omni, Alterum vero: & quando nouit vniuersaliter: si subaudi nouit de omni. Vnde dato q quis nouerit de omni scalario q habeant tres: quęritur: quando de omni scalario scire q habeat tres: sit scire vniuersaliter: & quando non vniuersaliter. Hæc ergo duo secundum Philoponum soluit Arist. continuetur ergo textus hoc pacto, cum dixisset Aristo. q non semper scire de omni sit scire vniuersaliter: ideo quærit quando scire de omni sit vniuersaliter scire, & quando non vniuersaliter: & hoc inquit. ☞ Quando ergo subaudi qui nouit de omni: non nouit vniuersaliter: hoc est primum quęrit secundum: & inquit. Et quando nouit simpliciter hoc est: quando qui nouit de omni: nouit vniuersaliter. Respōdet & primo ad secundum membrum, & inquit. Manifestum est vtiq;: quoniam si idem erit triangulo esse, & Isopleuro, aut vnicuiq;, aut omnibus: dico vnicuiq;. Si vna tantum species sit sub genere: dixit aut omnibus si plures species sunt sub genere; nam si vna species sit sub triangulo: vt scalarius: siue plures: quando eadem ratio est trianguli & scalarij: ita vt solo nomine differant, vt tunica & vestis: tunc subaudi idem est scire de omni scalario q habeat tres: & vniuersaliter de triangulo, quoniam non ratione, sed nomine differunt. Deinde respōdet ad primum ad primum membrum, & inquit. Si autem esse hoc est ratio non sit idem triangulo & scalario: Sed alterum vt homini & animali esse alterum est, veluti Philopo. exponit: & hoc (vt inquit) si esse trianguli secundum quod triangulus: non sit idem cum esse scalarij secundum q scalarius: tunc non nouit subaudi de scalario vniuersaliter q habeat tres: licet cognouisset de omni. Et sic patet ad primum membrum. Hæc est expositio Themi. & Philoponi, licet in verbis sit aliqua differentia.

Com.61. Cōtinuatio sēm Themi.

Philopo.

G

H

☞ *Patet autem utrum id illi competat ut triangulus est, an ut duorum æqualium laterum, & quando per hunc competit primum,*

I & cuius est uniuersaliter demonstratio. Nam ei competit ut tale est, cui cæteris sublatis competit primo, ueluti laterum, duorū æqualium æneo triangulo, cōpetent anguli duobus rectis æquales. At ære sublato ut non sit æneus etiam. cōpetent. Et idem laterum æqualitate duorum sublata, ut non sit duorum æqualiū laterum. At non competent sublata figura uel termino, sed non primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato non competēt, Quia si triangulo per hunc, & cæteris competunt, & huius est uniuersaliter demonstratio.

Vtrum autem secundum quod est triangulus, aut secundū quod est Isocheles insit. Et quando secundum ipsum inest primum, & cuius uniuersaliter est demonstratio. Manifestum est q, quando rebus remotis, insit primum, ut Isocheli æneo triangulo, insunt duo recti. Sed, & æneum esse remoto, & Isochele, sed non figura, aut termino, sed non primis. Quo igitur primo, Si itaq; triangulo, & secūdū hoc inest alijs, & huius uniuersalis est demō.

L Verborum expositio. scriptura. Altera est: quoniam non vniuersalis ipsius est. Altera: quoniam nõ vniuersaliter ipsius est: & vtraque stare potest. Nam cum dixisset: demõstrationem esse corruptibilium sic secundum accidens. Assignat causam, quare est corruptibilium sicut secundum accidens, & nõ secundum accidens: & inquit. Quoniam non vniuersaliter ipsius rei corruptibilis praedicatum est: sed aliquando & sic. Socrates.n. animal nõ vniuersaliter est, sed aliquando & sic. Vt puta solum dum Socrates est. Ergo non semper per accidens Socrates est animal: sed aliquando. Recte ergo dictum est, sicut secundum accidens. Quoniam nec Socrates simpliciter secundum accidens animal est: sed solum dum est: Vel aliter: dico demonstrationem esse rei corruptibilis sicut secundum accidens: quoniam conclusio ipsius Socratis non vniuersalis est, sed aliquando, & sic hoc est solum dum est. Et ita sicut secundum accidens est animal, & non semper secundum accidens

M Socrates est animal per accidens. est animal. ¶ Animaduerte quod Socrates est animal per accidens, quia non primo, est enim animal: quia ratione quod animatum sensitiuum est animal est: est autem sicut per accidens: quoniam non semper ratione qua animatum sensitiuum est: animal est, sed solum dum est. Quare demonstratio esse potest rerum corruptibilium sicut per accidens: quoniam non primo, neque semper. Qui enim demonstrat omne animatum sensitiuum est animal: demonstrat: quod Socrates sit animal: non tamen

Dubium. men prima, neque semper. Et ideo sicut per accidens. ¶ Quaerunt hic quo modo vniuersalia sint aeterna, cum singula

Solutio Linconiensis. ria in quibus sunt: sint corruptibilia. ¶ Linconiensis Grosfatesta asserit vniuersalia esse per accidens corruptibilia: quatenus esse habent & extra animam: & aeterna sunt causis. Sunt autem aeterna vel quo habent esse in causis: vel quo habent esse intentionale, in intellectu nostro: vel diuino. Sed quoniam res haec logicam facultatem transcendit. Ideo bona fronte omittatur.

N *¶ Similiter res sese habet & in diffinitionibus ipsis. quippe cum diffinitio principium sit demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut quaedam demonstrationis conclusio.*

¶ Similiter autem se habet & de definitione, quoniam definitio est aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quaedam demonstrationis. Tex. 22.

¶ Cum declarasset quod demonstratio non sit corruptibilium: Com. 22. nunc via similitudinis: & quasi eadem ratione declarat quod Con[illegible] tio. nec definitio sit corruptibilium, & sic probat (vt Philoponus exponit) vt corruptibilium nõ est demonstratio, ita nec definitiones corruptibilium esse possunt. Et hoc proponit, & inquit. Similiter autem se habet, & de definitione sicut se habuit & de demonstratione, probat ratione, &

O inquit. Quoniam omnis definitio est aut principium demonstrationis: aut demonstratio positione differens aut conclusio quaedam demonstrationis. Ergo sicut demonstratio nõ est corruptibilium. Ita nec definitio: quae est vel demonstratio, vel demõstrationis principium: vel demõstrationis cõclusio, erit corruptibilium. Quo vero ad verba attinet. Quidam non philosophiae ignari per definitionem: quae est demonstrationis cõclusio: Verborum expositio. exposuerunt eam: quae datur per quoduis genus causae: praeter eam, quae datur per finem. Per eam vero: quae est demonstrationis principium: eam exposuerunt, quae datur per finem. Per eam autem: quae demonstratio est: exposuerunt eam: quae ex vtraque cõstat. ¶ Auer. autem libro Auer. Com. 12. de anima secundo: per definitionem: quae est demõstrationis cõclusio intelligit eam: quae est definitio passionis, quae quaeritur. Haec.n. quia concluditur demonstratione potest demõstrationis cõclusio dici. Per eam vero: quae est demonstrationis principium: intelligit eam: quae subiecti definitio est: haec.n. quia potest esse medium, propter quod

P prima demõstratur demõstrationis principium dicitur. Per definitionem vero, quae est demonstratio: aggregatum ex vtraque: intelligit.

¶ Verum Philoponus, & Themistius clarius exposuerunt: & Themi. & Phi. primo de anima tex. com. 18. Species definitionis sunt tres. quidem ad mentem Aris. in libro de anima. Ibi enim dictum est quod tres sunt species definitionis, nam aliae quidem ex materia sunt. Aliae vero ex forma. Aliae ex vtroque simul. Vt puta qui iram definiet ex materia: dicet feruorem esse sanguinis circa cor. Ex forma vero, appetitum vindictae. Ex vtroque simul: feruorem sanguinis circa cor propter appetitum vindictae. Per definitionem ergo: quae est demonstrationis principium: intellexit eam, quae ex forma est. Demonstrationes enim ex causis causata syllogizant. Forma vero est causa materiae, nam propter talem formam: talis materia est. Vnde demõstratio erit hoc pacto. Ille appetit vlcisci: eius quae appetit vlcisci, feruet sanguis circa cor: feruet igitur illius sanguis circa cor. Vbi patet definitionem: quae est a forma: esse vt demonstrationis principium. Per definitionem vero: quae est conclusio: intellexit definitionem, quae est a materia. Haec igitur in

Q praecedenti demonstratione conclusa est. At per definitionem, quae est demonstratio: intellexit definitionem quae est ex vtraque simul: quae sola positione differt: quoniam (vt Philoponus inquit). In definiendo quidem: a materia incipientes definimus in formam. Dicimus.n. iram esse ferurorem sanguinis circa cor ob appetitum vindictae. In demonstratione vero viceuersa vtimur. Incipimus.n. a forma & definimus in materiam. Alij vero positione differre asserunt: talis definitio non sit in aliqua trium figurarum syllogisticarum. At demonstratio est in aliqua figurarum. quare positione differt.

¶ Patet etiam demonstrationes atque scientias eorum quae saepe fiunt, vt lunae defectiones & huiusmodi rerum, quo quidem sunt tales.

hoc

A *hoc esse semper, quo uero nō sunt semper, hoc esse particulares. ¶ Eorum autem, quæ sæpe fiunt demonstrationes, et scientiæ sunt, ut lunæ defectus. Manifestum est, quoniam secundum q̄ huiusmodi sunt semper sunt. Inquantum autem, non semper, secundum partem sunt. Sicut autem defectus est similiter & in alijs.*

Com. 93. Expositio Philo. & Them. ¶ Philoponus & Themistius pariter voluīt: ꝙ Arist. remoueat dubiū. Nā cū dixisset corruptibiliū non esse demōstrationem quærit de his quæ sæpe fiunt: quæ nō continuo. Sed tēporis interuallis discutiuntur. Vtputa de lunari eclipsi. Si.n. vna quæq; eclipsis corruptibilis est, deficiēs n. luna rursus illuminatur, quō in his dicimus demōstrationē esse. Respōdet ergo & inquit. ¶ Eorū āt q̄ sæpe fiunt: demr̄ones & scientiæ sunt, vt ipsius defectus Lunæ. Exponit aūt quomō taliū fit scientia: & dicit. Manifestum ē, qm̄ secundū ꝙ hmōi sunt, hoc est secūdū ꝙ sunt vl̄es: sciētiæ & demōstrationes sunt. Et vt sic sunt semper. Inquā-

B Quæ sæpe fiunt bifariam. tū autē non semp̄ sunt: secundū partē sunt, hoc est particulares, & sic de talibus nō sunt sciētiæ: cū sint corruptibiles. Est ergo solutio quæ sępe fiunt: bifariā cōsiderari pn̄t, vt vniuersalia, & sic de eis est sciētia: quia: vt sic semp̄ sunt. Vt particularia, & sic de eis nō est sciētia, qa nō sunt semper. Vnde (vt Philoponus inquit) vnusquisq; particulariū defectuū, non demōstrabilis est. qm̄ est generabilis: & corruptibilis. Non.n. demonstratio est in hac eclipsi, q̄ secundū hoc tēpus fit: sed scd̄m cōem spēm defectuū. Non n. huiusce eclipsis est demr̄o: sed simpl̄r eclipsis, de ipsa tn̄ eclipsi: q̄ scd̄m hoc tēpus fit, nō est demr̄o: nisi eo mō: vt in alijs ēt corruptibilibus demr̄onē esse diximus. Addit Aristo. ita esse intelligēdū in sīlibus (vt dictū est de eclipsi) Vtputa de tonitruo: terræ motu, & id genus Et hoc inqt. Sicut āt defectus est demr̄abilis, nō vt particularis, sed vt

C Dubium. vl̄is. Sil̄r est intelligendū: & in alijs, q̄ ēt sæpe fiūt. ¶ Sed cōtra hęc adhuc dubitaſ, qm̄ eclipsis vl̄r nō sp̄ est. Cū.n. nullū ipsius eclipsis singulare cōtingat esse: ēt vl̄r eclipsis aliqn̄ nō erit: ergo & vl̄r, & particulariter eclipsis ē corruptibilis. ¶ Vno mō dici pōt, ꝙ hæc q̄ sæpe fiūt: pn̄t cōsiderari: vt in actu: & sic sunt ꝑticularia: & corruptibilia: & vt sic de eis nō est sciētia, & pn̄t cōsiderari vt in aptitudine & potētia: & vt sic sunt vl̄ia, & sp̄: & sic de eis ē sciētia. ¶ Vl̄ melius, vt Them̄. & Philop inqt, dicamus ꝙ eclipsis: & similia vl̄r accepta accepta pn̄t referri ad singularia, & sic nō sp̄ sunt: sicut neq; singularia: & pn̄t referri ad suas cās, & sic sp̄ sunt: qm̄ causis p̄ se positis ipsius eclipsis, sp̄ eclipsis ē: & sic de eclipsi, & talibus est demr̄o & sciētia. Nā, vt sic sunt vl̄ia, q̄ relata ad suas p̄ se cās, semper sunt.

Solutio. Quæ sæpe fiūt pn̄t cōsiderari vt in actu & vt i potētia. Alia solo Them. & Philopo.

D *¶ Cum autem pateat fieri non posse ut demonstretur quodq; nisi ex cuiusq; principijs, si id quod demonstratur rei competit ut est illa, non sane quidpiam scitur si ex ueris & indemonstrabilibus, medioq; uacantibus ostendatur. Fit enim ut quidpiam perinde ostēdatur atq; Brysson quadrationem ostendit. Huiuscemodi namq; rationes per commune quoddam ostendunt quod & alij competet. Quapropter & ad alias res non propinquas ipsę rationes accommodantur.*

Text. 25. *¶ Quoniam autem manifestum est q̄ demonstrare unumquodq; non est, nisi ex unoquoq; principiorum, si id quod demonstratur sit secundum quod est illud, non est scire hoc, si ex ueris, & indemonstrabilibus demonstretur, & immediatis. Est.n. sic demonstrare, sicut Brysson tetragonismon. Secundum commune .n. demonstrant rationes huiusmodi, quod et alteri inest. Vnde et in alijs cōueniunt hæ rationes non congeneis.*

Com. 94. ¶ Iuxta Themistij paraphrasem. Videtur ꝙ Aristo. velit oñdere, ꝙ demr̄ones non fiāt ex cōibus. Nā cū ostendit demr̄ones ex ꝓprijs cōstare: hic oñdit: ꝙ non ex cōibus constant. Et hoc quidē nō iniuria oñdit, nā cū ostēdit demōstrationes fieri ex dignitatibus, quæ cōes ꝓpōnes sunt neq; credat ꝓpter hoc demonstrationes ex cōibus fieri, ex eo qa ex dignitatibus fiant. Ideo ostēdit demr̄ones nō fieri ex cōibus. ¶ Philoponus vero ait Aristo. his: quæ de sciētia oñsa sunt, hic addere: ꝙ nō sufficiat facere demōstrationes ex veris & immediatis ꝓpōnibus: sed oportet vt sint ex ꝓprijs subiectis: de quo demr̄ones fiunt. Cuius cām Philoponus explicat. Nā siquidē (inquit) dixero omnis lapis coloratus est: omne quod coloratū est, corpus ē. Omnis igiſ lapis corpus est. Accepi qdē ꝓpōnes veras, & immediatas. Nullo.n. indigeo termino ad demōstrādū ꝙ lapis coloratus sit, aut ꝙ oē coloratū corpus sit. Non tn̄ medius terminus. s. coloratū esse, est ꝓprius subto. Coloratū.n. esse multis & alijs inest: oportet aūt (vt sæpe dcm̄ est) demr̄ones fieri ex ꝓprijs vniuscuiusq; subti principijs: hoc est vt medius terminus ꝓprius sit extremis. & nulli alteri cōis. Vnde inqt. ¶ Qm̄ aūt manifestū est: ꝙ demr̄are vnūqdq;. s. q̄situ de cōcesso vel subto: nō est: hoc est nō cōtingit: nisi ex vno quoq; principiorū. s. ꝓprio termino vtriq; extremo, & nō cōi: & hoc si id qd̄ demr̄aſ hoc ē, si q̄situ fit scd̄m ꝙ est illud, hoc est: si q̄situ insit p̄ se subo, de quo demr̄aſ. Totū hoc accepit veluti añcedēs: & ꝓbatū ab ipso tūc dat cōsequēs: qd̄ nūc ꝓbare ꝓposuit: & inquit. Nō ē scire hoc. s. q̄situ: si ex veris: & indemr̄abilibus, & immediatis demōstreſ de suo subo. Dixit immediatis: vt altera vt alterius sit expositiuū. vt placet Philopono. Vel dixit. Et immediatis, qm̄ aliq̄ ꝓpō est indemr̄abilis, q̄ nō est immediata: vt hæc Nix est alba. Indemr̄abilis.n. est: qa sensu patet: immediata vero nō est, qa habet cām. Qd̄ āt demr̄o fit ex indemr̄abilibus: & nō ꝓprijs, oñdit p̄ demr̄onē Brysonis: qui ꝓbat q̄drationē circuli. ¶ Quę vt Them̄. & Alexāder: & Philoponus exposuerūt: ē hęc. Illa inter se paria sunt: q̄ eisdē maiora minoraq; hn̄tur. Hęc n. est cōmunis dignitas: in qbus maius reperiſ: & minus in his & æquale dabitur. Sed datur quadrangulus ma-

E Continuatio secūdū Them.

Quæ Phi.

F

G Quadratio circuli secūdū Brissonem.

ior circulo vt quadrāgulus. A.B.C.D. & quadrangulus minor circulo. vt. I.K.L.M. ergo dabitur quadrangulus ęqualis circulo. Hæc ratio ex communibus est; qm̄ (vt inquit). secundū cōmune demonstrāt rationes huiusmodi: quod cōmune & alteri inest, cuius causam affert, & in-

H

A Com.79. ¶ Hic locus dupliciter legi potest, vno modo vt dicamus: q͞ cum Aristo. declarauit q͞ medium debeat esse eiusdem generis cum extremis: nunc velit exponere: qua (vt ita di cam) identitate: an simpliciter, an secũdum quid. Est.n. du plex identitas: vt ita loquar simpliciter quidem qua vide- licet homo & equus eadem ge͞nere sunt, quoniã ex equo sub animali continentur. Et secundum quid: quæ subalter nationis identitas est. Veluti equus & animal: quæ ideo dicuntur eiusdem generis: quiã alterum sub altero contine tur. Ergo exponit nunc quomodo medium & extrema eiusdem generis esse debeant, an simpliciter: vt homo & equus sub animal, an secundum quid subalternatione: vt equus & animal. Et tunc lege verba hoc pacto. ¶ Sinautē non sit subaudi medium eiusdem generis cum extremis simpliciter. Sed sicut Harmonica Theoremata demonstrã tur per musicam scientiam. Vbi extrema & mediũ sunt eiusdem generis secundum quid, scilicet subalternatione, quasi dicat, sinautem non est eiusdem generis simpliciter cum extremis, sed secundum quid scilicet subalternatio- ne: subaudit Philoponus: necesse est demonstrationem etiã fieri ex eisdem principijs proprijs: saltem secũdum quid, & subalternatione. Sunt enim verba diminuta more atti co: vt videtur. ¶ Philoponus vero verba hæc aliter expo nit: vt restrantur ad proxime dicta hoc modo. Sinautem non subaudi ex proprijs principijs subiecti demonstratio fiat. Sed ex principijs eius scientiæ quæ proxime cõtinet prædictam scientiam, sicut harmonica per arithmeticam: subaudi tu (vt Philoponus inquit) necesse est demonstra- tionem ex eisdem fieri: & hoc si vere demonstratio est: ex eisdem dico. Veluti harmonica demonstramus per prin- cipia arithmeticæ. In talibus.n. demonstrationibus mediũ extremis eiusdem generis est subalternatione: & non sim pliciter. Et hoc exponit, & inquit: Huiusmodi autem de- monstrantur quidem similiter: sed differunt. Hoc est quę per principia generalioris sciẽtiæ demonstrantur. Simili quidem modo demonstrantur, quo & illa: quæ ex pro- prijs principijs demonstrantur hoc est quia scientifica est horum demonstratio: veluti & illorum: quæ ex proprijs principijs demonstratur. Sed differunt. Quoniam in illis quidem: & ipsum quia, & ipsum propter quid ex eadem est scientia. In alijs vero, quæ subalternatione eadem sunt. Ip͞m quidē quia alterius scientiæ est: quia est scientiæ su- balternatæ Subiectũ.n. sciẽtiæ subalternatæ alterum est a subiecto sciẽtiæ subalternantis. Est.n. alterũ: q͞m subalter- nũ. Ip͞m vero ꝓpter quid est sciẽtiæ superioris. s. subalter nantis, cuius p se & primo passiones sunt. Est.n. ip͞m quia musicæ, ip͞m vero ꝓpter quid arithmeticæ. Ex his iterum cõcludit illud q͞d superius probauit, & inquit. Quare & ex his est manifestum q͞ nõ sic demonstrare vnũquodq; simpliciter hoc est ꝓprie: & non sophistico mõ q͞d est p accñs, aliter q͞ ex ꝓprijs vniuscuiusq; principijs, q͞m qui demonstrat in eadẽ scientia: & per ea: quæ sunt eiusdem sciẽtiæ, & p ea quæ sunt superioris sciẽtiæ, semp ex pro- prijs demonstrat. ¶ Sed dices: vtrũ principia sciẽtię inferio ris, & principia sciẽtiæ superioris habeãt cõe: p quod pos sint demr̃ari adhuc. ¶ Quasi respõdet, & inquit. Sed horũ principia habẽt cõe. Hoc est, tã principia inferioris q͞ prin cipia supioris habẽt commune, hoc est primã phyloso- phiã (vt exponit Philoponus). Hæc.n. (vt inquit) princi- pia cuiuslibet scientiæ: & inuenit, & demonstrat: ex quo artiũ ars, & scientiarum sciẽtia dicta est. Et tu intellige hoc

Duplex identitas.

B

Expõ Philopo.

C

D

Dubium.

Solutio.

E quod Philoponus inquit. Quod prima Phylosophia de monstret principia omnium non simpliciter. quoniã sic subalternaret sibi omnes alias scientias: sed neganti. vt pri mo physicorum exposuit Simplicius. Aliter etiam ver- bum istud intelligi posset: sed non curo. ¶ Ex his patet. Primo q͞ eadem demõstratio est ex hypothesi, & ꝓpter quid. Vt demonstratio musica ratione habita ad musicũ ex hypothesi est: ratione vero habita ad arithmeticum est propter quid. Eędem.n. propositiones musico quidē suppositiones sunt. Arithmetico vero conclusiones: quæ propter quid ab eo demonstrantur. Secundo patet, q͞ li- cet metaphysica sit communis scientia, quæ demonstrat principia subalternatæ, & subalternantis scientiæ: non ta- men subalternat sibi illas, quoniã tales propositiones non probantur propter quid in metaphysica. Sed tantum pro bantur neganti: & quidem ex concessis ab eis: hoc autem non est probare ꝓpter quid: sed potius dialecticę. ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte q͞ subiectum subal- ternatæ alterum est a subiecto subalternantis, quatenus subiectum subalternatæ super addit subiecto subalternã tis accidentalem differentiam: vt numerus sonorus: quod est musicæ subiectum: numero addit sonoritatem: quæ est differentia accidentalis. Numerus vero subiectum est arithmeticæ. Hac ratione Physica metaphysicæ non sub- alternatur. quoniam ens mobile quod est phyicæ subie- ctum, enti: quod est metaphysicæ subiectum: addit mobi litatem, quæ enti accidens non est.

F

Verborũ expositio

¶ Quod si id constat, patet fieri non posse quo quisquã proprio- rum principiorum exhibeat demonstrationem. Erunt enim illa om nium principia, & ipsorum scientia domina omnium erit. Ete- nim is scit magis, qui superioribus ex causis scit. Scit enim tum ex prioribus, cum ea ex causis scit, quæ non affectus subeunt ra tionem. Quare si magis scit & maxime, & si est illa scientia, ma gis profecto, maximeq; scientia est. Demonstratio uero non ad aliud genum accommodatur nisi eo modo quo tam ad demonstra tionem facultatis machinarum extruendarum uel ad perspectiuas geometricæ, quã ad musicam arithmeticæ demonstrationes accom modantur, ut diximus.

G

¶ Si autem manifestum est hoc, manifestum & quoniam non est uniuscuiusq; propria principia demonstrare. Erunt.n. illa omniũ principia. & scientia eorum domina omnium. Et.n. scit magis ex superioribus causis sciens. Ex proprijs.n. scit, cum non ex causa tis sciat causis. Quare si magis scit: & maxime, & scientia illa erit & magis, et maxime. Sed demonstratio non cõuenit in aliud genus alter quã ut dictum est. Geometricæ in perspectiuas, & mechanicas, & arithmeticæ in harmonicas.

Aliter Si nõ est scia quæ principia vniuscuiusque demõstraret erit illa oium principiũ & domina.

¶ Vt Philoponus placet. Arist. hic quoddam corollariũ concludit ex prædictis: & forte duo ex dictis corollaria deducit. Primũ quidem dicens. ¶ Si autem manifestum ē hoc: videlicet q͞ non contingat demonstrare aliquid, ni- si ex proprijs illius principijs: manifestum est: & quoniam non est vniuscuiusq; propria principia demonstrare hoc manifestum est: q͞ non contingat aliquam scientiam pro- pria principia demonstrare. Nã (vt Philop. inquit) Demõ strationē ex ꝓprijs oportet fieri principijs. At principio- rũ non est possibile esse principia. Hoc (vt mihi videtur) est primũ Corollariũ. Deinde assignat secũdũ Corollariũ ex dictis: & secundũ vnã scripturã, inquit. Si aũt est sciẽ- tia, quæ principia vniuscuiusq; scientiæ demõstret, erit illa

H Com. 91. 1. Corol.

2. Corol.

I scietia, quæ principia oĩum demõstrat, omniũ scientiarũ principium & domina: quasi omnes subalternans. Et ꝙ sit cæterarum principium & domina: probat: & inquit. Et

In prolog. n. scit magis ex superioribus causis sciens. Dicit .n. primo metaphysicæ, ꝙ metaphisica scit per altissimus causas. Exponit aũt, qui artifex scit ex proprijs: & inquit. Ex proprijs .n. artifex aliquis scit, cũ sit ex causis non causatis, qa vero metaphysica scit ex cõmunibus & altissimis causis: ideo cõcludit, quare si magis scit: & maxime .s. per maiores & maximas cãs, & scientia illa erit & magis .s. scientia: & maxime scientia subaudi talis esset metaphysica: si ipsa sciret principia omniũ, quare metaphysica esset subalternans omnes, & Regina scientiarũ atq; ars artiũ. Repetit quomõ liceat migrare de genere in genus: & inquit. Sed demonstratio non conuenit in aliud genus aliter ꝙ vt dictũ est: quasi dicat: licet ita sit: ꝙ metaphysica sit Regina & domina: tamẽ demõstratio non conuenit in aliud genus,

K aliter ꝙ vt dictum est. Videlicet subalternationem: vt demonstratio geometricæ conuenit migrare in ꝑspectiuas: & mechanicas: & demonstratio Arithmeticæ cõuenit migrare in harmonicas Hæc .n. (vt exponit. Philop.) migratio est per subalternationẽ. Hæc de Corollarijs: & de modo, quo altera scientia in alterã migrat. ¶ Sed dubitares cõ

Dubiũ cõtra secũdũ corollar. tra secundũ Corollariũ, qm̃ tũc metaphysica subalternaret sibi omnes sciẽtias: cũ sit Regina & dña aliarũ. ¶ Dicen

Solutio. dũ ꝙ Metaphysica subalternat sibi omnes per recursum, qm̃ vbi principia cæterarũ scientiarũ negarẽtur: tandẽ ꝑ recursum syllogismis redarguti uis ex datis ab aduersario, illa probabit cæterarũ scientiarũ principia. Non tamẽ ꝑ hoc subalternat sibi cæteras simpl̃r. Non .n. probat cæte-

Dubiũ cõtra primũ 2. phy. 22 rarũ principia ꝑpter quid. ¶ Secundo dubitaſ contra primũ Corollariũ: nã secundũ Auer. Scientia specialis põt ꝓbare sua principia saltẽ demonstratione signi. ¶ Dicendũ:

Solutio L ꝙ Auer. loquitur de principijs subiecti constitutiuis, non autẽ de principijs cognoscẽdi: quæ Axiomata dicũt. Hæc n. vel sunt ꝑ se nota sensu vel in superiori scientia probata. ¶ Rursus dubitatur cõtra modũ, quo altera sciẽtia in al

alia dubiũ terã migrat. Primo quidẽ: qm̃ mediũ nõ videtur eiusdem generis cũ extremis. ¶ Dicendũ ꝙ licet nõ sit eiusdem ge-

Solutio. neris cum extremis loquendo de genere ꝓdicamenti: est tamen eiusdẽ generis cũ extremis loquendo de genere subiecti scientifici. Continentur .n. in eodẽ subiecto scientiæ.

Verborũ expositio ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ vna scriptura legitur hoc pacto. Si autẽ est sciẽtia: quæ principia vniuscuiusq; demonstret, erit illa omniũ principiũ & domina: & hoc modo exposita est: & tũc ꝑ principiũ intelligit principẽ: & per dominã intelligit Reginã. Nã licet sophistica, dialectica: & metaphysica sint de omnibus: nõ tamẽ eodẽ mõ. Nam metaphysica est de omnibus scientifi-

M cæ. Dialectica probabiliter: sophistica apparenter. Et quia metaphysica est de omnibus scientificẽ, ideo est Regina & vere domina. Cætere vero non. Est vna alia scriptura, de qua in textu, sic habetur. Erunt .n. illa omnium principia, & scientia eorũ domina omniũ. Et tunc intellige ꝙ sit vnũ corollariũ tantum hoc modo: ꝙ si quæ dicta sunt: vera sint. Manifestum est, ꝙ non est vniuscuiusq; scientiæ specialis propria principia demonstrare: sed demõstrare ꝓpria cuiusq; scientiæ principia erit scientiæ cõis saltẽ (vt dictũ est per recursum. Cuius causam affert & inquit. Erũt n. illa principia, de quibus scientia cõmunis agit, omnium scientiarum principia saltem per recursum. Et scientia eo

N rum principiorum domina & Regina omnium scientiarum: & ars artium, vt metaphysica. Et ꝙ sit domina & Regina omnium scientiarum: probat: & quæ dicit, ex dictis perspicua sunt.

¶ *At uero difficile admodum est sese percipere quempiam si sciat nec ne, Est enim difficile cognoscere si ex principijs uniuscuiusq; scimus nec ne. Quod quidem est scire. Putamus autem sæpe numero scire, si ex ueris quibusdam primi si e rõcinat ionem habemus. Id uero non est ita, sed oportet ipsis primis esse propinquus. Ea autem in quocunq; genere principio dico, quæ fieri nequit, ut demonstrentur esse.*

¶ *Difficile autem est cognoscere, sciuit an non, difficile enim est noscere, si ex principijs uniuscuiusque scimus, an non, quod quidem est scire. Opinamur enim (si habeamus ex ueris quibusdam syllogismum, & primis) scire Hoc autem non est, Sed congenea oportet esse primis, Dico autem principia in uno quoq; genere illa, quæ quoniam sint, non contingit demonstrare.* Tex. 34.

O

¶ Cum exposuisset: quid proprie sit scire: & demonstrasset, ꝙ scire sit ex proprijs cuiusq; principijs: nunc ostendit ꝙ difficile sit cognoscere, si demonstrator sciat aut nõ: & dicit. ¶ Difficile autem est cognoscere subaudi si demõstrator sciuit ex proprijs cuiusq; principijs: an non? hoc est cognoscere (vt Philoponus exponit) si demonstratiue processit syllogismus aut nõ: difficile est. Huius rei causam assignat: & inquit. Putamus enim scire, si habeamus ex veris quibusdam: & primis syllogismum. Putamus enim si veras capimus propositiones: & immediatas: ꝙ etiam demonstratiue ceperimus. Hoc autem vt inquit. Non est, sed ea principia: quæ accipimus congenea atque proxima oportet esse primis. Siquidem (vt Philoponus suppleuit) demonstratum est: non solum veras oportere esse propositiones, sed etiam ex proprijs & proximis principijs assumptas. Hinc Philoponus deducit: ꝙ primum Theorema: & secundum geometriæ propriæ demonstratum est. Reliqua autem, quæ deinceps sunt, vere quidem syllogizata sunt, non tamen demonstratiue. Non enim ex proprijs propositionibus vnumquodque demonstratum est neque immediatis: quoniam semper posteriora demonstrantur: per ea quæ iam demonstrata sunt. ¶ Sed dices vtrum syllogismus quo demonstrantur posteriora: qui constat ex iam demonstratis: sit syllogismus demonstratiuus. ¶ Respondet ad hoc Philoponus, & non respondimus superius: ꝙ syllogismus huiusmodi valde abusiue demonstratio est, & non nisi quis propositiones: ex quibus constat talis syllogismus: demonstratiuas dicat: quod quidem abusiue: & non proprie verum est. ¶ Epilogando ergo patet: ꝙ cum difficile sit scire naturam rerum, & ea, quæ per se vnicuiq; naturæ insunt, Icirco difficile est, & scire, vtrum demonstratiuus sit syllogismus aut non. Et ne sit de nomine contentio: exponit, quid ꝑ principia ipse intelligat, est enim principium multipliciter dictum, & inquit. Dico autem principia in vnoquoque genere: hoc est in vnaquaque scientia. Illa: quæ quoniam sicut vera, non contingit demonstrare. Sed sunt confessa: atque in illa scientia, cuius sunt ꝑ se nota sunt. Vt puta geometriæ principia sunt: punctum impartibile est: linea est quæ in vnum dimensilis est. Hæc enim assumit: & non demonstrat geometria, sed vt existentia supponit. hoc pacto in cæteris scientijs principia

Com. 99. Cõtinuatio.

P

Dubiũ

Solutio Philopo.

Q

A tus principia prima & indemonſtrabilia ſunt. ¶ Quærunt
Dubiũ. Iuniores quam ob cauſam Axiomata hoc eſt dignitates
Reſpõſio. non faciant ſcire. ¶ Reſpondent per ſimile de ſolis virtu-
Quõ intel ligi debet reſponſio. te: hoc eſt, quia ſunt vniuerſales cauſæ. ¶ Sed ſic dicentes, ſi velint ꝙ Axiomata nullatenus faciat ſcire: errant: quoniam cauſa vniuerſalis (vt Ariſto. inquit) magis & maxime facit ſcire. Sinautem velint ꝙ non faciant ſcire ſpecificum in certo ſciendi genere: Verum dicunt. Nam cũ ſint communia: & transcendentia: ad determinatum genus nõ ſufficiunt, niſi proximis cauſis additis, quę principia in genere propria vocat.

¶ Sumitur igitur quidnam ipſa prima & quæ ex hiſce proficiſcũtur ſignificant. At principia ſumere, eſſe cætera demonſtrare neceſſe eſt. Ceu quid eſt unitas, aut rectum, aut triangulus ſumere. Eſſe uero unitatem ac magnitudinem, cætera autẽ demonſtrare.

B *¶ Quoniam quidem igitur ſignificent & prima, & quæ ex his, aſſumitur. Quod autem ſint, principia quidem eſt accipere. Alia uero demonſtrare, ut quid unitas, aut quid rectum, & quid triangulus. Eſſe autem, unitatem quidem eſt accipere, & magnitudinẽ, Altera uero demonſtrare.*

Com.100 Sup.tex. ſecũdo. cõmẽta.5. Expoſitio Philop. ¶ His declaratis: Ariſto. nunc declarat: quæ in demonſtrationibus aſſumpta neceſſarium ſit demonſtrare: ꝙ ſint, ꝙ vero: non ſit neceſſe. Et vt Philoponus inquit: Eadem dicit: quæ in proœmijs ænigmaticæ dixit. Sed vnde ad hoc deuentum ſit: Philoponus exponit, & dicit Ariſtotelem ad hoc deueniſſe: quoniam dixit ea eſſe principia in vnoquoque genere: quæ ꝙ ſint: non contingit demonſtrare. Hinc motus: docet Phs, quæ in demonſtrationibus aſſumpta ſit neceſſarium demonſtrare: ꝙ ſint, & quæ non ſit neceſſe demonſtrare. ¶ Pro declaratione vero eorum: quæ hic Ariſto. repetit: Philoponus præmittit: ꝙ omnia quæ
C in demonſtratione aſſumunt: ad minus duo ſunt, propoſitiones videlicet & concluſio. Concluſio vero: duos habet terminos, & prædicatum, & ſubiectum: quorum ſubiectum quidem conceſſum ſiue datum Philoponus vocat. Prædicatum vero: quia quæritur: vocat quæſitum. Quare quæ in demonſtrationibus aſſumuntur in tria tandem multiplicantur, In propoſitiones, & in conceſſum, & quæſitum. Et (vt Philoponus inquit) per propoſitiones intelligit Axiomata: quæ maioris locum tenet. Propoſitiones vero: quæ minoris locum occupant: Ariſt. ꝑtermittit propter cauſam aſſignatam in proœmijs. His ſtatibus primo accipit conuenientiam; deinde differentiã. Et inquit. ¶ Quoniam quidem igitur ſignificent & primæ: & etiam ea quæ ex his ſunt, videlicet concluſiones: aſſumitur: & tanꝙ cõmuniter illis competẽtes accipitur. Hęc
Verborũ expõ. eſt conuenientia. ¶ Quo vero ad verba attinet: per quoniam, quod græce eſt ὅτι, intelligit ꝗd, remota litera omi
D cron: hoc eſt dẽta litera o: vt ſit ſenſus quid quidem igitur ſignificent & prima hoc eſt Axiomata: quæ maioris locũ occupant, & quid ſignificent ea: quæ ſunt ex primis hoc eſt concluſiones, aſſumitur: & ſupponitur. Deinde, exponit differentiam: & inquit. Quod autem ſint. ſ. vera: principia quidẽ: quæ locum maioris occupant, eſt accipere, ac ſupponere. Alia vero. ſ. concluſiones eſt demonſtrare.

¶ Quo vero ad rem attinet. Animaduerte ꝙ ꝓpoſitiões & concluſiones quid ſignificent. Aſſumitur, quoniã datum eſt: nam & ꝓpoſitiones & cõcluſio ꝓcognoſcunẽ notitia quid nominis ſaltẽ ratione terminorũ, ex quibus cõſtant. Deinde exemplificat, & inquit. Vt quid vnitas: aut quid rectum: aut quid triangulus. Vnitatem quidem ſumit in exemplum eorum quæ danẽ, ac conceduntẽ: in qui
E bus & quid ſignificent: & ꝙ ſint ꝑſumpta eſſe opus eſt. Rectum vero & triangulum in exemplum eorum, quæ quærunẽ. In his .n. oportet communiter quid ſit horum vnumquodque aſſumere, hoc eſt definitiones eorũ ꝑexponi. Et cum declaraſſet ꝙ in omnibus aſſumatur quid ſignificat, demonſtrat poſtea ꝑ exempla ꝙ in quibuſdam quidem ipſum ꝙ ſit: demonſtraẽ. In quibuſdam vero: ꝙ ſumaẽ: & inquit. Eſſe autem: vnitatem quidem eſt accipere: & magnitudinem. Altera vero demõſtrare. ¶ Alex. ꝑ ma
Quid Alex. Refutatio, gnitudinẽ ꝑ recto audit. ¶ Et quidẽ non bene, qm̃ vnitatẽ & magnitudinẽ in exemplũ eorũ: quæ danẽ, ac conceduntẽ: accepit quoniam & in his ipſum quia eſt ꝑcognoſcitẽ. Altera vero vt rectũ & triangulũ, quæ quærunẽ, eſt demõſtrare. Et hoc pacto Philop. intellexit: & quidẽ ꝓbe, ac dilucide. Quare ex his patet, tria eſſe ꝑcognitã: duaſꝗ
F ꝑcognitiones: vt in ꝓœmijs expoſitum eſt.

¶ Eorum autem quibus in demonſtratiuis utuntur ſcientijs, alia cuiuſq; ſcientiæ propria, alia communia ſunt, communia tamen ſi militudine rationis quippe cum uſus eorum tantum ſeſe extendat in quacunq; ſcientia quantum cuiuſq; ſubiecto generi cõgruit. Propria ſunt, ut lineam eſſe talem rectũmue. Communia, ut ſi ab æqualibus æqualia demas, ea que reſtant æqualia ſunt. Atq; horũ unumquodq; cuiq;, ſatisfaciat ad cuiuſq; genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, & ſi non de omnibus ipſum accipiet geometra, ſed de magnitudinibus tantum, & arithmeticus de numeris ſolum.

¶ Sunt autem, quibus utuntur in demonſtratiuis ſcientijs, alia quidem propria uniuſcuiuſq; ſcientiæ, alia uero communia, Communia autem, ſecundum analogiam. qui utile eſt quantum eſt in eo, quod eſt ſub ſcientia, genere. Propria quidem, ut lineam eſſe talem, & rectum. Communia uero, ut æqualia ab æqualibus ſi demas, q. æqualia reliqua ſunt. Sufficiens autem, unumquodq; horum. quantum in genere eſt, idem cui faciet, ſi non de omnibus accipiet. Sed in magnitudinibus ſolum arithmetico, in numeris.
G
Com.101. ¶ Cum dixiſſet prius ꝙ poſſibile eſt eiſdẽ Axiomatibus vti in diuerſis ſcientijs: vt illo: quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia: quo vti poteſt geometra: & arithmeticus, nunc exquiſitius hoc exponit: & vult diuerſas ſcientias eiſdem Axiomatibus non vti: niſi ſecundum modũ æquiuocum, Geometra .n. hoc Axiomate in magnitudinibus vtiẽ. vt in ꝓprijs ſubiectis. Arithmeticus vero in numeris: naturalis aũt Phs in tꝑibus & motibus, quæ ſibi ſubiecta ſunt, Vnde inquit. ¶ Sunt autem: quibus vtuntur in demonſtratiuis ſcientijs. Alia quidem ꝓpria vniuſcuiuſque ſcientiæ, Alia vero communia. Propria quidẽ
H Axiomata ſunt: vt in geometria, quæ magnitudines eq̃les eidem ſunt, æquales inter ſe. In arithmetica: qui numeri æquales eidem ſunt æquales ſunt inter ſe: in naturali philoſophia: quæ tempora eidem tẽpori æqualia ſunt, inter ſe æqualia ſunt. Cõia vero ſunt, quæ omnibus vel pluribus cõmunia ſunt: vt quæ eidem æqualia inter ſe eq̃lia ſunt. Exponit autẽ quo mõ cõia: & inquit. Cõmunia autem ſubaudi dico ſecundum analogiam: & non ꝓprie. Aſſignat autem cauſam, & inquit, quoniã vtile eſt in eo genere: toto: & in omnibus concluſionibus illius generis, quod eſt ſub ſcientia. Aut ſaltem (vt Philop. inquit) extẽdiẽ ad plures concões illius generis: qđ eſt ſub ſcientia. Non tamẽ ad oẽs illas ſe extendit ſcientias: q̃ ſunt diuerſorũ generũ: niſi ſecũdum analogiã. Qm̃ quemadmodũ in magnitudinibus eſt verus ille ſermo. Quæ ſunt eidem

I æqualia,sunt inter se æqualia:ita etiam in numeris: & sic non secundum subiectum:cõmunitas est: sed secundum proportionis rationem. Horũ exempla exponit,& inqt. Propria quidem:vt lineam esse talem videlicet fluxum inter duo puncta:& rectũ esse tale.s.quod non discrepat ab extremis,quæ propria sunt geometriæ,communia vero vt æqualia ab æqualibus si demas: ꝙ æq̃lia reliqua sunt, exponit postea:quõ vnumquodq; horũ est cõe, & quomodo proprium.Hoc.n.principium,Si æqualia ab ęqualibus demas,cætera sunt æqualia:si in magnitudinibus accipitur,propriũ est geometriæ,& cõe omnibus cõclusionibus geometriæ.Si vero in numeris,cõe est omnibus cõclusionibus arithmeticæ.&sic est propriũ:& cõe:propriũ quidẽ generi:scientiæ,cõe vero,omnibus conclusionibus illius generis,& inquit.Sufficiens aũt vnũquodq; horum

K Axiomatũ:ad id omne:quantũ in genere est.Et sic est cõmune:& quod sufficiens sit ad id omne,quantũ in genere est:probat:& inquit.Idẽ.n.faciet:si nõ de omnibus ipse geometra illud Axioma accipiet: sed solum in magnitudinibus.Arithmeticus autem in numeris:faciet dico idẽ secundũ ꝓportionis rationẽ:qm̃ vt in magnitudinibus verum est illud Axioma:ita in numeris: & sic est propriũ, vt.n.contrahitur ad magnitudines proprium est:vt vero cõmune est omnibus magnitudinibus:cõmune. Patet ergo diuersis scientijs eadẽ Axiomata cõmunia esse:nõ ꝓprie:sed simpliciter:sed secundũ proportionis rationẽ. Eidem vero scientiæ esse propria:& cõmunia,etiã secundũ

Nota hæc. eandẽ rationẽ proportionis.Hæc Aristo. ¶Quo tamẽ ad rem attinet.Animaduerte:ꝙ si Axioma illud:si ab æqualibus æqualia demas,cætera ęqualia sunt.Sumatur in sua

L maxima communitate terminorũ,nulli scientiæ propriũ est:& vt sic sub nullius vsu cadit.Sin autẽ in specie accipiatur, Vtputa: si ab æqualibus magnitudinibus , æquales magnitudines demas:cæteræ magnitudines sunt æquales: est vnum,Axioma geometriæ propriũ:cui si hæc minor addatur:Anguli recti sunt magnitudines:Dabitur hęc cõclusio:ꝙ cæteri æquales erunt:Quare hæc conclusio anguli incisionis sunt æquales: non probatur per illam formaliter si ab æqualibus æqualia demas:sed ab illa specificata,si ab æqualibus magnitudinibus.Bene ergo dictum est,ꝙ tantũ Axioma se extendat:quantum subiectũ eius: hoc est quantum se extendit ille terminus æquale: quod est illius Axiomatis subiectum:at quia se extẽdit ad magnitudines:numeros:& tempora:non proprie quidẽ, sed secundũ rõnis proportionem: ideo Axioma ad omnes

M scientias extendetur:quæ de illo sunt.

¶Sunt etiam & ea propria circa quæ se scientia considerat ,ea quæ per se illis insunt. Atq; hæc & esse & quid sunt scientiæ sumunt. Vt unitates arithmetica,puncta,lineã geometria. At horũ per se affectuum quid,quidem quisq; significat sumunt. Vt arithmetica quid par,quid impar:quid quadratum, quid quoq; cubus. Geometria,quid expers rationis,quid frangi, quid concurrere et huiusmodi cætera. Demonstrant autem ipsos esse, & per communia & per ea quæ demonstrata sunt.Eadem & astrologia facere solet. Omnis nãq; demonstratiua scientia circa tria uersatur, sunt enim ea quæ ponit esse.Hæc autem sunt,genus cuius per se affectuum est contemplatrix, & ea quæ communes dignitates dicũtur ex quibus primis demonstrat,& tertium affectus quorum quid quisq; significat sumit.

Tex. 25. *¶Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur esse,circa quæ scientia speculatur quæ per se insunt. Vt unitates arithmetica,*

N *Geometria autem signa, & lineas.Hæc enim assumunt esse , & hoc esse.Horum uero quæ passiones sunt p se, quid significat unaquæq; assumunt. Vt arithmetica quidem,quid par aut impar, aut quadratus,aut cubus.Geometria uero quid irrationale,aut quid inflecti,aut concurrere. Quod autem sint , demonstrant & per communia,& ex his:quæ demonstrantur, & Astrologia similiter.Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est,& quæcunque esse ponuntur,hæc autem sunt genus,cuius per se passionum speculatiua est,& quæ communes dicuntur dignitates,ex quibus primis demonstrant.Et tertium passiones,quarum quid significat unaquæque assumit.*

¶Cum exposuisset Axiomata:quæ communia. & quæ Cõ.102. Cõtinuatio.
propria:nunc exponit terminos conclusionis:quæ sunt illius partes.Et primo exponit:quæ sint subiecta propria: & quomodo præcognoscantur.Deinde exponit quę sint

O passiones propriæ,& etiam quomodo præcognoscanẽ: & quomodo demonstrentur.Dicuntur autem subiecta a Philopono concessa vel data : Passiones autem dicuntur quæsita.Dicit ergo.¶Sunt autem propria quidem duplicia:& quæ accipiuntur esse:hoc est data:siue concessa, qm̃ præcognoscuntur quia sunt. Exponit autem adhuc magis hæc:& inquit,Sunt autem hæc subaudi subiecta,circa quæ scientia speculatur passiones:quæ per se insunt illis.Hæc vero,quæ per se insunt,vt Philoponus exponit: dicuntur quæsita:quæ de illis quæruntur:& sic demõstratiuæ scientiæ duo sunt subiecta,quæ esse præcognoscuntur:& passiones:quæ quæruntur.Hoc quod dixit.exponit per exempla,& inquit. Vt vnitates arithmetica:vt data ac concessa,& vt subiecta assumit esse,Geometria autẽ

P assumit esse,vt subiecta concessa & data,Lineas:& signa: hoc est puncta.Subaudiendũ vero huic:vt Philop.subaudit:quæ vero per se his accidunt,quærunt.Et sic duo sunt concessa,siue data:& quæsita:Tum inter hæc dat differẽtiam,innuens quandã conuenientiã:est .n. conuenientia: ꝙ hæc ambo aliqua rõne pręcognoscantur ante demonstratiuam scientiam præcognoscuntur. Differentiam,vero,subscribit:& inquit. Hæc.n.videlicet data, & concessæ ac subiecta geometra & arithmetica assumunt esse,& hoc esse:hoc est præcognoscunt,quia sunt: & quid significat vnumquodq; horum.Horum vero : quæ passiones sunt per se,quid significat vna vnaquęq; assumunt.Sic igitur de subiecto:& esse,& quid significat: præcognoscitur:De passione vero: solum quid significat . Huius differentiæ exempla affert:& inquit. Vt arithmetica quidem : quid par:aut impar:aut quadratus:aut cubus.Geometria vero

Q quid irrationale:aut qd inflecti,aut concurrere:Hæc sunt exempla passionum:ꝙ vnaquęq; quid significat:præcognoscatur.¶Quo quidẽ ad verba attinet,quid sit numerus Verborũ expõ. Com.98. quadratus,quidue cubus:superius exposuimus : non opus est repetere.Per irrationale vera:magnitudinem intelligit(vt Philoponus inquit)quæ in commensurabilem & non communem:habet mensuram ad alteram: Vtputa in diametro quadranguli & costę. Non est autem idẽ inflecti,& concurrere . Nam(vt etiam Philoponus inqt) inflecti est in vna linea : cuius non sunt omnes particulæ in rectitudine adinuicem:Sed(vt fors tulit) Cõcurrere vero dicuntur rectæ lineæ:quæ quidem productæ secundũ vnum punctum concidũt: quemadmodum diameter ad latus.Hæc quantum ad præcognitionem . Quo vero ad demonstrationem:inquit.Quod autem sint subaudi hęc, quæ diximus:demonstrant & per communia: & ex his: quæ

A quæ demõstrata sunt. Non enim (vt Philoponus inquit) omnia demonstrãtur per eadem communia: Axiomata: nam secundum per primum: & tertium per secundũ demonstratur: & sic deinceps. Addit, ꝙ ut dictũ est de arithmetica: & geometria: & astrologia similiter. In hac.n. alia quidem secundum solum ipsum quid significat: capiuntur. Alia uero: ꝙ sint quæruntur. Deinde eorum, quæ dixit causam affert: & inquit. Omnis enim demonstratiua scientia: hoc est omnis demõstratio circa tria est: quorum prima sunt, & quæcunq; esse ponuntur vt subiecta: & hoc exponit: & inquit. Hæc autem sunt genus.s. subiectum: quod dicitur datum, vel concessum a Philopono, Cuius per se passionum speculatiua est. Affert secundum & inquit. Et dignitates, quæ communes dicuntur: ex quibus primis demonstrant: & sic deinceps ex illis demon-

B stratis demonstrantur secunda: & deinde tertia. Affert tertium: & in quit. Et tertium sunt passiones, quarum quid significat unaquæq;: assumit. Hæc enim (vt Philoponus inquit) sunt: quæ quæruntur: quæ per se accidunt subiectis, quæ solum, quid significat vnũ quodq; sumitur. Ex his patet hæc quæ Arist. dixit non esse intelligẽda de sciẽtia totali: et de subiecto totius sciẽtiæ: sed de demonstratione: quam Arist. ubiq;. demonstratiuam scientiam vocat.

¶ Nihil tamen prohibet scientiarum nonnullas, horum præterire nonnulla, ueluti genus non supponere esse, si pateat esse. Non enim æque patet numerum esse, & frigidum, atq; calidum: & affectus non sumere quid significant si sint clari, sicut nec dignitates, ut quid significat æqualia ab æqualibus auferre, quia est notũ, sed nihilominus hæc tria necessaria sunt. Id inquã circa quod

C *sciã demõstrant, & ea quæ demõstrat, atq; ea ex qbus demõstrat. ¶ Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam horum despicere, ut genus non supponere esse, si sit manifestum. quoniam est. Non enim manifestum est similiter, quoniam numerus est, & quoniam calidum & frigidum. Et passiones non sumere quid significant, si sint manifestæ. Sicut neq; communia assumit quid significant, quod est æqualia ab æqualibus demere, quoniam notũ est. Sed nihil minus natura tria hæc sunt & circa quod demonstrant, & quæ demonstrant, & ex quibus.*

Cõ.103. ¶ Vna expositio est, quod cum Arist. demonstrasset, ꝙ tria sint præcognita ante omnem demonstrationem: hic ostendat: ꝙ licet tria sint præcognita ante omnem demõstrationem natura: nõ tamen tria sunt præcognita doctrina. Doctrina quidem non tria sunt præcognita semper: nam cum subiectum esse per sensus constet: & quid signi-

D ficat passio: & dignitas, per doctrinam hæc præcognoscenda non sunt uerum licet hæc tria per doctrinam pręcognita non sint, natura tamen ante demostrationẽ præcognita sunt: quatenus semper ante demostrationem assumuntur. Hæc est una expositio. ¶ Philoponus uero sic

Expositio Philopo. exponit, nam cum dixisset ꝙ tria sint ex quibus est omnis demostratio: & ꝙ subiectum esse præcognoscatur, & quid significat passiones et dignitates: hic demonstrat: ꝙ non semper hæc præcognoscantur: & inquit. ¶ Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam horum despicere: exponit autem quod dixerat: & inquit vt genus, hoc est subiectum, quod & datũ, vel concessum dicitur: non supponere esse subaudi tanquam probatum ex subalternante scientia. Et hoc vt inquit, si sit manifestum: quoniam est. Huius generis est metaphysica (vt Philoponus inquit) cuius subiectum.s. ens ex sensibus patet q̄m est, & non probatur, in altiori scientia. Aristo. tamen expo-

nit exemplis, & inquit. Non enim manifestum est similiter, quoniam numerus est, & quoniam calidum & frigidum sunt. Quoniam numerum esse sumit arithmecus a Physico: e quo sumit continuum esse diuisibile in semper diuisibilia. Calidum vero: & frigidũ esse physicus a nulla superiori scientia sumit, sed a sensu: vt per se notũ. Hęc de subiecto. De passionibus uero inquit. Et passiones nõ sumere quid significãt subaudi quasdam scientias nihil ꝓhibet, & hoc: si sint manifestæ: atq; ex sensibus notæ: sicut neq; communia. sup. arithmeticus, vel geometricus assumit quid significat: vt puta illud: q̃d est ęqualia ab æqualibus demerę, quoniam per se notũ est: & non probatum in scientia superiori. ¶ Alexander Aphrodisius asserit & physicũ, et arithmeticũ suas passiões definire: Physicus.n. definit calidum & frigidum: Arithmeticus numerũ. Verum arithmeticus definit magis quam physicus. ¶ Cõtra obijcit Philoponus quoniam calidum & frigidum apertissima sunt, & nota sensibus. Et ita non definit illa physicus. ¶ Dicendum cum Alexandro, nam licet apertissima sensibus sint: quantum ad quia est, quantũ vero ad quid nominis: non sunt apertissima. Vnde Aristo. secundo de generatione illa definit definitione quid nominis. Demũ Aris. Addit, ꝙ licet quædam despiciantur propter euidẽtiã, nihil minus tria sunt in omni scientia, natura hac ratione naturali constituta. v3: & id circa quod demonstrant: subiectum. v3. & concessum vel datum, & quæ demonstrant. v3. passiones, quæ quæruntur. Et dignitates ex q̈bus demonstrant. Hę.n. tria necessarium est assumere ante omnem demonstrationem, non tamen semper eodem modo: vt dictum est. ¶ Sed quærunt hic cur repetat præcognita: cum satis de his dixit in procemio. ¶ Dicẽdũ ꝙ de eprecognitis ĩ procemio per accñs dixit, vt declararet. v3. omnem doctrinam fieri ex præexistenti cognitione: hic autem per se. Vt puta, tanquam demonstrationis principia. ¶ Secundo dubitant quia non tantum dignitates sunt præcognita: sed suppositio: petitio, & medium. ¶ Et dicendum suppositionem & petitionem enumerari inter ea præcognita, quæ dignitates dicuntur. Medium vero pretermissum esse quoniam cum vtroq; termino compositum facit dignitates, ex quibus demonstratio constat. ¶ Tertio dubitant: quoniam numerus videtur etiam ex sensibus euidens: cum sit sensibile commune. ¶ Dicẽdum ꝙ licet sit sensibile cõe: tñ nõ sentitur: nisi mediantibus sensibilibus ꝓprijs, At calidũ & frigidũ propria sensibilia sunt, quæ nullis alijs sensibilibus mediantibus sentiuntur.

E — Opi. alex. — Phil. contra Alex. Defensio a — F — Tex.8. — Dubĩ prima. Sup.t.2. — G — cõml.so. Solutio. — secunda dubĩ. — Solo. — Tertia dubitatio. — Solo.

¶ Non est autem id suppositio neq; postulatio sane quod necesse est esse per seipsum atq; uideri. Demonstratio nemq; non in oratione quæ est extra, sed in oratione quæ est in mente consistit. Quandoquidem neq; rõcinatio uidetur in illa consistere. Etenim fit ut semper aduersus externam orationem per inficiationẽ obstetur. At non semper aduersus eam quæ est im mente. H

¶ Non est autem suppositio, neq; petitio, quod necesse est per se esse, aut uideri necesse. Non enim ad exterius orationem demõstratio est. Sed ad eam, quæ est in anima, quoniam neq; syllogismus. Semper enim est instare ad exterius orationem, sed ad interius orationem non semper.

¶ Cũ loquutus est de ꝓcognitis, et meminerit Axiomatis nũc (vt placet Philopono) vult eius ꝓprietatẽ nobis assignare, & discernere ipsum: tum ab his: quę vocãtur suppõnes, tũ etiã a petitionibus: & adhuc etiam hæc tum ab inuicem, tum etiam a definitionibus. Iã quidẽ enim & in Cõ.104.

Cõ. 118. ¶ Cum declarasset particulares scientias: proprias & parti culares habere interrogationes. Nunc declarat q̃ nec om nis interrogatio geometrica est, nec omnis medicinalis, et inquit. ¶ Manifestum itaq;, q̃ nõ omnis interrogatio geo metrica erit. Neq; omnis interrogatio erit medicinalis. Et vt dico de geometria: & medicina. Similiter autem & in alijs dicendum est facultatibus. Exponit autẽ, quæ inter rogatio geometrica est: & vult q̃ ea sit geometrica inter rogatio: quæ vel est propositio geometrica: e qua aliquid immediate in ipsa geometria demonstratur: vel e qua de scendimus ad subalternas scientias, quę pro principia geo metrica habentur, vt de perspectiua dicit. Vnde inquit. Sed interrogationes geometricæ ea sunt: ex quibus de monstratur aliquid, de numero eo: de quibus geometria

E est. Vt propositiones, ex quibus demonstratur, q̃ super datam lineam contingit triangulum æquilaterum colloca re. Siquis autẽ interrogaret: an circulus sit linea pulchrior recta, non tenetur geometra (vt Philoponus inquit) respõ dere. Aut interrogatio geometrica est id, quod demon stratur ex eisdem ipsi geometriæ. Vt propositiones visi biles, ac perspectiuæ, quæ demonstrantur ex geometricis principijs, sunt propositiones ad theoremata perspecti ua. Ergo geometrica interrogatio vel est: propositio, per quam demonstratur conclusio geometrica. Vel est con clusio geometrica, & propositio per quam demõstratur conclusio perspectiua. Ex quibus velle videtur Arist. q̃ vnamet propositio sit conclusio, & interrogatio: vt con clusio in geometria, pro quanto demonstratur ex eis, q̃ sunt eadem ipsi geometriæ. Et interrogatio respectu con clusionis perspectiuæ: quæ per illam demonstratur. Vn de quemadmodum problema est id quod syllogizat dia lecticus: ita quæstio est id, quod demonstrat scientificus. Et vt propositio dialectica est interrogatio: qua proble ma syllogizatur: sic petitio est Erotema: hoc est interro gatio: quæ demonstratur, quæstio. Hic fit: vt vnamet prõ positio possit esse in subalternante quæstio, & in subalter nam petitio: siue interrogatio. ¶ Ex his patet error Iunio rum: qui crediderunt scientificum solum de conclusione interrogare, non autem de principijs. Dialecticum vero de vtrisq;. Nam si ipsi per interrogationem velint ꝓprie dubitabilem ꝓpositionem per disputationem determina bilem: sic scientificus nec de cõclusionibus: nec de princi pijs interrogat. Sin autem velint per interrogationem de monstratiuam propositionem, sic de principijs dũtaxat interrogationes fiunt. Arist. enim voluit hic per Erotema propositionem petitoriam aut in eadem: aut in superiori scientia determinabilem. Quàm expositionem Philopo nus approbauit. (Error Iuniorum.) G

¶ Atq; de his ipsis reddenda quoq; ratio est ex geometricis prin cipijs, conclusionibus suæ, sed de principijs non est reddenda ra tio geometræ, ut est professor geometriæ. Eadem sunt & in cæte ris scientijs obseruanda.

¶ Et de his quidem, & ratio subhabenda est ex geometricis prin cipijs, & conclusionibus. De principijs autem ratio, non subhabẽ da est geometræ (ut geometra est).

¶ Cũ dixisset: q̃ duplex est geometrica interrogatio: aut ꝑ quã demõstrat aliqđ theorema geometricũ: aut ꝑ quã demõstrat aliqđ theorema ꝑspectiuũ. Nũc assignat inter hæc differentiã: & vult q̃ de interrogatiõe: ꝑ quã demõstra tur theorema ꝑspectiuũ: subhabẽda est rõ ex geometricis principijs. Nã, vt diximus, q̃ est interrogatio ꝑspectiua, est cõclõ geometriæ. At de principijs: q̃ sunt interroga tiones geometricæ, qbus demõstrant cõclones geometricæ, nõ ẽ subhabẽda rõ geometræ, q̃tenus geometra ẽ. Hæc. n. est geometrica interrogatio, cõtinuum est diuisibile in in finitũ: ad huius nõ geometra rõnẽ assignatis, q̃tenus geo metra: sed q̃tenus Physicus. Vnde inqt. ¶ Et de is quidẽ. s. interrogatiõibus: q̃ sunt ꝓpões ad ꝑspectiua theoremã ta, & rõ subhabẽda est ex geometricis principijs: & ex geometricis cõclõnibus. Nã interrogatio ꝑspectiua est cõ clusio geometriæ. De principijs aũt geometricis: q̃ sunt in terrogatiões geometricę: qbus demõstrant cõclones geome tricę rõ nõ subhabẽda est geometræ vt geometra est. Sed alterius sↄperioris: vel ex sensibus. ¶ Verũ (vt Philoponus inquit). Oportet scientes scire, quæ sunt proximæ scientiæ (Cõ. 119.) H (Philopo.)

I super vnamquãq; scientiam, vtputa musicum quæ arithmetices. Illius.n. Theorematibus vtitur. Et mechanicum, quæ geometricæ: pari autem pacto & perspectiuum. Ex theorematibus.n. scientiæ superpositæ demonstrantur ea: quæ sunt vniuscuiusq; suppositæ: atq; subiectæ scientiæ. Si igitur sciens debet esse musicus: debet scire ea : quæ in arithmetica probantur pari autem modo & perspectiuus & mechanicus, quę sunt geometriæ. De principijs autem suimet: vt inquit. Nulla scientia rationem habebit. Geometra.n. nullam rationẽ habet de proprijs principijs : nec alius quiuis Sed sunt aut sensu perspicua, aut ex terminis euidentia, hæc ex Philopono.

¶ *Nec igitur artificem quemq; quęuis percontari, nec ad quãuis interrogationem de singulis respondere oportet, sed ea tantum quæ in scientia sua determinata sunt.*

K ¶ *Neq; igitur omnem est vnusquisq; sciens interrogandus interrogationem, neq; ad omne interrogatum est de unoquoq; respondendum. Sed quæ sunt secundum scientiam determinata sunt.*

Com. 120 Verba tex. duplicẽ habent expõ ne Prima. ¶ Hæc verba possunt dupliciter intelligi, vno modo vt Aris. velit per hæc soluere quandam dubitationem, qm̃ posset dici, φ interrogationes geometriæ demõstrari possunt, qm̃ conclusio primæ demõstrationis est suppositio, seu petitio secundæ demonstrationis: igitur potest esse interrogatio. Et sic geometra potest habere rationem saltẽ de aliquibus suis interrogationibus. ¶ Rñdet ergo Aris. secundum hanc expositionẽ: & inquit. ¶ Neq; igitur omnẽ interrogationẽ est: hoc est oportet vnumquenq; scientem interrogandum. Hoc est neq; igitur oportet vnumquenq; scientẽ interrogare omnem interrogationem. Neq; secũdum omne interrogatum: est de vno quoq; responden-
L dũ. Quia est deuenire ad primas petitiones: quæ sunt primæ. Sed quæ determinata sunt secundũ scientiam suam: hæc debet interrogare: & ad hæc respondere. Et sic cum diximus geometram nullam habere rationem de suis petitionibus siue interrogationibus. Volumus intelligere de omnibus: quia de aliquibus nihil prohibet. Vt de illis, q̃
2. expositio & est Philopo. supponũt primas petitiones. ¶ Aliter possunt exponi, vt nunc Aris. velit ex dictis concludere φ & interrogationes: & responsiones sint ꝓpriæ vniuiq; scientiæ. Vt Themistius & Philop. exposuerunt. Hi.n. sunt q verba Aris. correctiora habent. Vnde Aristo. inquit. ¶ Neq; igit̃ omnẽ interrogationẽ vnusquisq; sciens interrogandus est: neque ad omne interrogatum respondendum est de vnoquoq;. Nã (vt Philop. inquit). Si geometra quidẽ de Peripheria interrogetur an quadret recti lineæ: necne? Aut q̃ figurarum Isoperimetrũ sit multiloci capacior: & an eq̃
M les sint inter sese, quæ a centro circuli concidũt rectilineę. Ad omnes has respondendum est. Sunt.n. geometricę interrogationes, si quis tamen interroget: quę linearũ sit pulcherrima, rectilinea an circularis: ad hoc non respondendum est. Non.n. geometrica interrogatio est. Non igitur ad omnẽ interrogationem respondẽdum est. Non.n. de musica respondet geometra. Sed (vt inquit). Ad ea respõdet & ea interrogat, quæ sunt determinata in propria sciẽtia. Hęc ẽ expõ Phil. q̃ (vt mihi vr̃) & planior ẽ: & verior.

¶ *Quod si quispiam cum geometra ut geometra est, sic disseruit, patet & bene illum esse disceptaturum, si ex his ostenderit aliquid. Quia si nõ hoc disseruerit nõ, nõ bñ sine dubio disceptabit.*

Ait tex. ¶ *Si autem disputabit cum geometra, quatenus est geometra sit. Manifestum est, φ & bene. Si ex his aliquid demonstrat. Si uero non, non bene.*

N ¶ Cum declarasset φ in vnaquaq; scientia sit tũ propria interrogatio, tum propria responsio. Nunc concludit in Com. 121. vnaquaq; scientia esse propriam disputationem: quæ ex interrogatione ex parte oponentis, & respõsione ex parte respondentis conficitur: & hoc per exemplum in geometria concludit: & inquit. ¶ Si autem subaudi geometra: quatenus est, sic geometra: disputabit cum geometra. Manifestum est φ & bene disputabit. Et hoc si ex his aliqd demõstrauerit: quæ geometrica sunt. Si vero non suppleat geometra sic disputauerit, sed cũ musico ex pricipijs geometricis: is non bene disputat. Per quæ patet proprias cuiusq; scientiæ disputationes esse: quæ ex proprijs illius sciẽtiæ interrogationibus, atque proprijs responsionibus cõstat. Et cũ dixit: Sic autem verbum autem non aduersatiue. Sed potius coniunctiue legendum est, vt pro ꝑterea, vel pro aliquo tali. ¶ Exponit autẽ hęc Philop. per exempla: vtputa si quærat a geometris circuli terragonismũ, quẽ antiphon & bryson opinati sunt inuenisse: cum petant sibi ipsis dari: quæ non concederet geometrę: hic quidem rectam lineam adaptare circulari. Ille vero: maius & minus circulo describens quadrangulum: vt in alijs diximus: per intermedium maioris & minoris descripti quadranguli, æqualem circulo quadrangulus putat demonstrare. Sed sic quidem male aduersus geometras disputabant: non vtentes geometricis principijs. ¶ Hippocrates vero quatuor lunulas demonstrans: æquales esse quadrãgulo, non male ex geometricis nãque principijs hæc dẽmonstrat. Vt & nos prius demonstrauimus vnã lunulã æqualem esse triangulo: eorum quatuor qui ex diuisione quadranguli, putat & alio modo circulum quadrare. Peccat autem is: quatenus quod in parte est. censebat & in omni esse.

Philopo. O

Hippoc.

P

¶ *Patet etiam illum non redarguere geometram nisi per accidẽs. Quamobrem inter ignatos geometriæ de geometra disserendum non est. Latebit.n. is qui dixerit praue. In ceteris etiam scientijs res sese habet similiter.*

¶ *Manifestum autem est, φ non redarguit geometram, nisi per accidens. Quare non utiq; erit in non geometricis de geometria disputandum, latebit enim praue disputans. Similiter autem se habet & in alijs scientijs.*

¶ Tertio ostendit in vnaquaque scientia fieri in disputationibus illius propriam victoriam, quæ est finis disputationis: nam si in vnaquaque propriæ disputationes fiũt, etiam in vnaquaque fient propriæ victorię: Vnde inqt. Com. 122 Finis disputationis est victoria.

¶ Manifestum autem est, φ qui per extranea redarguit geometram: non redarguit geometram, nisi per accidens: Igitur qui per propria geometræ geometram redarguit: per se vincit, ac redarguit. Vt redarguere arithmeticus potest per numeros geometram, sed per accidens: quatenus Q redargutus geometram induit formam atque habitum arithmetici. Hæc ostendit Philoponus per exemplum: vt Exemplũ Philopo. si quis non geometricus cum interrogauerit geometram. Vtrum pulcherrima linearum, recta an circularis. Si aliquis responderet φ recta: & aliquis hunc redargueret. non geometram redargueret: Non enim de his, quæ competunt geometriæ: redargueret sed per accidẽs, quoniam accidit redargutum geometram esse. Non.n. quatenus geometra redarguitur. Neque quatenus medicus redarguitur imedicus in musicis theorematibus redarguitur. Ex his omnibus concludit vnum præceptum vtile ad disciplinæ adeptionem: & inquit. Quare non vtique erit in

A erit in non geometricis de geometria disputandũ. Cuius cãm assignat, & inquit. Latebit.n praue disputans. Nam (vt Philoponus inquit). Quemadmodũ vnũquenq; de proprijs ac peculiaribus oportet disputare: ita & geometram, & non ingeometricus de geometria disputaturus ẽ. Non.n. sciunt. ignari iudicare sciẽtias. Quo circa sæpe sæpius prauus melior putabitur esse q̃ sciens. Propter hęc Aris. assignans cãm: dicit. Latebit.n praue disputãs. Quoniã nec opponẽs: nec respõdens poterit iudicare an bene: an male disputetur. Et addit id quod de geometria dictũ est: Similiter se habere & in alijs scientijs. ℞ Ex his patet in omni scientia esse propriã interrogationem: quæ quidẽ si est de cõclusione: est qõ. Si de principio: est petitio. ℞ Secundo patet in omni scientia esse propriã rñsionem: quæ

B si est ad ꝓpositionẽ: ẽ suppõ: si ad questionẽ, est cõclusio. ℞ Tertio apparet in omni sciẽtia esse propriã disputationẽ: quæ ex interrogatione: & rñsione cõficitur. ℞ Quarto patet in omni scientia esse propriã victoriam atq; redarguitionẽ: quæ est finis disputationis. ℞ Sed circa hæc dubitatur, quia non vr̃ in scientijs posse esse disputationẽ, qm̃ disputatio est actus dialectici. ℞ Rñdet Themistius in sciẽtia fieri interrogationẽ: responsionẽ: & disputationẽ non gratia consensus a respõdente captandi: sed gratia prætẽtandi aliquos eiusdẽ professionis. ℞ Sed adhuc dices: qui a primo elenchorũ disputationes sunt quatuor doctrinalis: quæ pertinet ad scientiam: dialectica: & tentatiua: quæ ambæ attinent ad dialecticum. Et quarta est sophistica. Igitur tentatiua non attinet ad demonstrationem. ℞ Dicendũ q̃

C rentare est duobus modis. Vno mõ: cuius finis est habere consensum a respondente: vt inde proficiscatur ad disputationem: & hæc attinet ad dialectiũ. Alio modo: cuius finis est disponere discipulũ: vt docet Plato in Menone. Et hæc tentatio est doctrinalis disputatio: & de hac loquitur Themistius. ℞ Secũdo dubitatur, quia musicus potest cũ arithmetico disputare, & m̃ musicus non est arithmeticus. ℞ Praeterea. Omnis disputator saltẽ opponẽs debet latere: aliter non esset disputatio. ℞ Dicendũ primo q̃ Aris. per non geometrã intelligit eũ: qui nec principaliter, nec subalternare est geometra. Musicus aute saltẽ subalternate est arithmeticus. ℞ Secũdo dicendũ q̃ latere est bifariã: aut conueniendo in terminis: & sic licet latere in demonstrationibus: vt perueniatur in finem: Aut disconueniẽdo in terminis: & sic non licet latere in demonstrationibus: quoniam hoc latere esset per extranea latere.

D *℞ Cum autem interrogationes sint geometricæ, sunt & ingeometricæ, & interrogationum hæ quæ ab ea prodeunt ignoratione quæ est dispositio, geometricæ ne sunt, & in quacunq; facultatũ similiter. Præterea utra ratiocinationum ab ignoratione proficiscitur, utrũ ea quæ oppositis cõstat, an ea quæ cũstructa ẽ uitiose.*

Tex. 22. *℞ Quoniam autem sunt geometricæ interrogationes, nõne sunt, & ingeometricæ, Et secundum unamquanq; scientiam quæ secũdum ignorantiam qualem secundum sunt geometricæ. Et utrũ qui secundum ignorantiam syllogismus est, sit qui est ex oppositis syllogismus, an paralogismus.*

Cõ. 123. Continuatio. ℞ Cum dixisset q̃ non omnẽ interrogationẽ interrogandus est geometra: aut medicus: aut quispiã aliorũ sciens: sed sola ea: quę propriæ peculiaris q; scientiæ conueniunt: competunt q;. Et q̃ non ad omnẽ interrogationẽ respondere debet sciẽs: sed ad solas proprias: familiares q;. Vtputa: geometra ad geometrica. Et medicus ad medicinalia.

Expõ Ph. Quærit in his (vt Philoponus exponit) vnũ quemadmodum sunt geometricæ interrogationes: sint etiam ingeometricæ, & in alijs scientijs similr Hæc proponit: & inqt.

E ℞ Qm̃ aũt sunt geometricæ interrogationes: nõne sunt & ingeometricæ: & mouit qõnẽ de geometricis: ita & in alijs sibi intelligẽdũ est: vt vtrũ sicut sunt physicæ interrogationes sint & inaturales? Vñ sensus est: Vtrũ in eadẽ sciẽtia: vtputa in geometria: sint geometricæ & ingeometricę interrogationes? Er in physica sint naturales & innaturales interrogationes: & in alijs sciẽtijs sib. Et p̃ interrogationes intelligi potest de principijs: & sunt petitiones: & de cõclusionibus: & sunt qõnes. De vtrisq; .n. qõ est, an in eadẽ sciẽtia sint: vt in geometria geometricæ, & ingeometricę: hęc prima qõ. ℞ Deinde mouet scdam qõnẽ, q̃ sic ad primã continuaẽ. Et siquidẽ in eadẽ geometria sint interrogationes geometricæ: & ingeometricę: q̃ sint hæ: & scdm

F qlẽ ignorãtia vtiq; fuerint? & vt intelligaẽ hæc qõ. ℞ Animaduerte vt posterius patebit: q̃ duplex est ignorantia: hæc quidẽ scdm negationẽ. Illa vero scdm dispõnẽ. Ignorãtia negationis ẽ: q̃ nullã notionẽ hẽt de re. Scdm dispõnẽ vero: q̃ notionẽ quidẽ habet de re: sed fallacẽ: & nõ ex quisitã. Qui.n. nõ scit parallelas cõcurrere is ignorãtiã habet: quæ scdm negationẽ est. Siqs vero putauerit parallelas cõcidere: is ignorantiã habet: q̃ est scdm dispõnẽ: qm̃ male de re dispositus est. ℞ Est ergo secũda qõ: cũ in eadẽ geometria sint geometricæ, & ingeometricæ interrogationẽs, & ingeometricæ interrogationes sint, quæ sunt secũdũ ignorãtiã: Ideo q̃rit scdm qualẽ ignorantiã hæ interrogationes sint ingeometricæ: an dispõnis: an negationis. Et hoc inqt. Et scdm vnãquãq; scientiã: q̃ secundũ ignorãtiã: hoc est: & dato q̃ interrogationes: q̃ sunt scdm ignorantiã: Vtputa ingeometricæ, sint scdm sciẽtiã geometricæ, scdm qlẽ ignorantiã sunt geometricæ, an scdm ignorantiã dispõnis: an scdm ignorantiã negationis. Hęc expõ Philoponi est, q̃ verba græca optime ꝑlibrauit. Vñ sensus est secũdæ qõnis: cũ ingeometricæ interrogationes, q̃ sunt in eadẽ geometria, sint scdm ignorantiã: scdm quã ignorantiã: hæ sunt, an dispõnis, an negationis. ℞ Deinde mouet tertiã qõnem: Nã cũ ignorantiã quę secũdũ dispõnẽ, trifariã diuidit Platonici: aut scdm materiã, aut scdm formã syllogismorũ, aut secũdũ vtrũq;: Vtrũ interrogationes: quæ sunt scdm ignorantiã sint secũdũ ignorãtiã ꝓficiscentẽ a syllis peccãtibus in materia: aut peccãtibus in forma: aut peccãtibus in vtroq;. ℞ Vbi aĩaduerte: q̃ sylls sophisticus triplex est, aut q ex falsis syllogizãs: seruant formã, aut q ex veris: nõ seruat formã, aut q ex falsis, nõ seruat formã. Primus quidẽ peccat in materia: Secũdus peccat in forma: Tertius peccat in vtroq;. Quærit er go secũdo loco, cũ triplex sit ignorãtia: aut q̃ ꝓficitur a syllogismo peccãte in forma: aut in materia, aut in vtroque, Vtrũ interrogationes quæ sunt scdm ignorantiã: sint secũdũ ignorantiã ꝓficiscentẽ a syllis peccantibus in materia: aut peccantibus in forma: aut peccãtibus in vtroque. Vñ inqt. Et vtrũ qui secundũ ignorantiã sylls: q est ex oppositis sylls, an paralogismus. Hoc est vtrũ interrogatio ingeometrica sit sylls secundũ ignorantiã, q ex oppositis, hoc est secũdũ ignorantiã dispõnis: ex falsis videlicet ꝓpõnibus factus sylls: hæ.n. oppositæ sunt veris, an paralogismus: hoc est qui ob peccatũ scdm figurã fit: quẽ neq; syllm dixit: Sed paralogismũ: ꝓpt̃a quia non seruaẽ figura. Et verbũ illud secundũ ignorantiã, in cõi accipiendũ est: tã in syllogismo q̃ in paralogismo.

Sues. sup. Poste. g

Marginal notes (left): Dubõ. 1. — Rñ. The. — Obiectio Cap. 2. — Solutio. — Tentare duobus modis. — 2. dubõ. — Solutio. — Latere bifariã.

Marginal notes (right): Prĩ qõ. meta in text. — 2. questio. — Cõmẽta. sequẽti. Duplex ignorãtia. — 3. questio. Ignorãtia dispõnis trifariã scdm Platonicos. — Sylls sophisticus triplex. — G — H

I *At enim in geometricæ interrogationes, aut ex geometria sunt, aut ex alia facultate. Nam musica quidem interrogatio, si de geometria fiat, ingeometrica est. At æque distantes putare concurrere: tum geometrica, tum ingeometrica est, Duplex est enim ingeometricum, & perinde atq; informe, atq; alterum ex eo quia nihil habet geometriæ. ut informe, quod uacat forma. Alterum ex eo quia aliquid eius praue complectitur, ut informe, quod turpem habet formam fœdamq;.*

Secundum geometriam autem. Aut ex alia arte. ut musica interrogatio in geometrica est, de geometria autem, ut adinuicem parallelas concurrere opinari, Geometrica quodam modo est, & in geometrica alio modo. Duplex enim hoc est. Sicut Arrythmon, et alterum quidem ingeometricum est in non habendo, sicut Arrythmon. alterum uero in praue habendo.

Arythmō Inconsonans. K Cō.124. Rn̄det nūc ad qōnes, Et (vt Philoponus inquit) Arist. diuidit ignorantiam: quoniam altera est secundū negationē. Altera secundū dispositionē: quæ quidē ex alia arte interrogationes sunt: secundū negationē ignoraatiæ sunt. Quæ vero ad ipsa: falsæ sunt: hæ secundū dispositionem sunt. Tunc vult ꝙ interrogationes: q̄ ingeometricæ sunt, secundum ignorantiam dispositionis, Geometricæ sunt aliquo modo, & non geometricæ alio modo. Nam quatenus ex geometria terminos habent: geometricæ sunt, q̄tenus vero falsa capiunt. non geometricæ. V n̄ dicit. Se cūdū geometriā autē interrogatio duplex est, aut ex alia arte: & hoc pacto ignorantia negationis est: vt musica interrogatio ingeometrica est. Hæc enim est secundū ignorātiam negationis De geometria autē, alia interrogatio ē in

L geometrica, quæ falsa capit: Vtputa: q̄ est secundū ignorantiā dispositionis: Vt adinuicē parallelas cōcurrere opinari: Geometrica quodā modo est: & ingeometrica alio modo. Ergo interrogatio ingeometrica secundū geometriā: duplex est: aut secundū ignorantiā negationis: & sic musica interrogatio est ingeometrica. Aut secundū ignorantiæ dispositionis, & sic contrariū primorū principiorum est interrogatio ingeometrica. Nam vtraq; est ignorare secundū geometriā: licet altera sit secundū dispositionē: altera secundū negationē. Huius diuisionis ponit exēplū: & inquit. Duplex. n. hoc est: Sicut Arrythmon: hoc ē sicut inconsonans, nā vt incōsonās duplex, Alterū in nō cōsonando. Alterū in praue cōsonādo, ita quoq; duplex ingeometricū: Alterū quidē ingeometricū est in nō habē

Notandū Arythmō duplex. do: sicut Arrythmon: dicit inconsonās in non habendo, hoc est ꝑ negationē: Alterū vero in praue habēdo. Pro

M euidētia dictorū animaduerte: vt Philoponus exponit: ꝙ quemadmodū Arrythmon duplex est. Aliud quidē: q̄d nullo pacto per naturā aptū est habere Rythmum: vt si

Ingeometricū duplex. quis dicat punctū Arrythmon, q̄m suapte natura Rythmon non habet. Aliud vero q̄d habet quidē: sed male: vt carmen dicimus Arrythmon: ꝙ praui Rythmi sit. Eodē mō & ingeometricū: aut quod penitus est in negatione geometriæ. Aut quod male, & in sciēter cōplexū sit. Talia autē sunt: quæ secundū alias scientias sunt: Vtputa, si qs interrogabit geometrā musicū theorema: aut medicinale: Hoc. n. est eius ignorantiæ: quæ est secundū negationē: & ita hoc ingeometricū est, quemadmodū punctum Arrythmon: Si quis vero dicat parallelas cōcidere: quatenus quidā de parallelis, & de concursu ipsarū dicit: Geometrica est interrogatio: Quatenus vero dicit concidere

Solō ad primam q̄onem. parallelas non geometrica est interrogatio: hoc est cacogeometricon, hoc est praue geometricum. Ex his patet solutio ad primam, nam declaratū est esse geometricas interrogationes eas interrogationes ingeometricas, q̄ sunt secundū ignorātiā dispōnis. Quæ vero sunt scd̄m ignorātiā negationis: licet sint scd̄m geometriam: tamen sunt nō geometricæ: q̄m alterius artis sunt ab ipsa geometria. N

At hæc ignoratio, & quæ ex talibus est principijs geometriæ contraria est.

Et ignorantia hæc, quæ ex eius principiis contraria est.

Secundo quærebatur: cū ingeometricæ interrogationes, quæ sunt secundū ignorantiam sint geometricæ: secundū qualē ignorantiā sunt geometricæ. Respōdet ꝙ interrogationes ingeometricæ quæ sunt secundū ignorātiam geometricæ: sunt interrogationes secundū ignorantiam dispositionis, quæ ex principijs contraria est: Vtputa, ex falsis: quæ sunt opposita primis principijs. Vnde inquit. Et ignorantia hæc: qua interrogationes ingeometricæ sunt: Geometricæ: ea est: quæ ex eius principijs contraria est. Hoc est ea ignorantia est, quæ dispositionis dicitur, Vtputa: quæ est syllogismus ex oppositis primis. Nam (vt Philoponus inquit) Hæc ignorantia est in praue habendo, praue autē habere est quod est ex principijs hoc est ex propositionibus nō veris. Falsæ enim veris cōtrariæ sunt. Ergo continuatur hoc modo, ꝙ cū duplex sit in geometrica interrogatio, aut quæ nullam habet cū geometria proprietatē: aut quæ deprauatæ habet. Hanc distinctionē cum posuisset: mox: vt Philoponus inquit: Exponit quid sit deprauate habere, & vult quod sit ex ꝓpositionibus contrarijs veris. Alterum vero modū, qui ē ob peccatū in figura, omnino seiunxit a geometria, q̄m (vt diximus) nihil in geometria cōcludi potest ob peccatū in figura. Ex hoc patet solō ad secūdā, ꝙ ingeometrica interrogatio quæ est secundum ignorantiā geometricā, ea est, quæ est secundū ignorantiā dispositionis. Cō.125. O P Solō ad secundam.

In mathematicis autem non similiter fraus fit cum differitur, quia medium est semper duplex, nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rursus identidem de altero dicitur atq; prædicatum non dicitur omne.

In mathematibus autem non est similiter paralogismus: quoniā medium semper duplex est. Etenim de hoc omni: & hoc iterū de alio dicitur omni. Quod autem prædicatur, non dicitur omne. Tex. 29.

Secundū Iuniorū expositionē Aristo. hic soluit tertiam quæstionē: At vt ex commentarijs Philoponi mihi videtur. Aristo voluit ad tertiam quæstionem solutionē esse manifestam ex his: quæ dixit ad præcedentes quæstiones. Ex dictis enim patet ignorantiam dispositionis esse syllogismum ex falsis, qui tamen seruat figuram: non autem paralogismum: qui peccat in figura. Et quoniam dixit in scientijs accidere paralogismum: in hoc loco (vt Philoponus inquit). Vult dicere ꝙ non ita paralogismi in scientijs fiunt: sicut in dialecticis methodis. Quoniam in scientijs syllogismi fiunt circa determinatas res: in quibus non accidit multiplicitas. In dialecticis vero cum syllogismi fiant circa sermones: accidere potest multiplicitas. Vnde inquit. In mathematibus autem hoc est in scientijs: non est similiter paralogismus: Veluti in dialecticis: Et assignat causam: quoniam in scientijs semper medium est vnum & determinatum duplex tamen: hoc est his ante conclusionem assumptum. Etenim de hoc omni scilicet maior de medio omni, & hoc scilicet medium iterum de alio dicitur omni. s. minori. Et ne quis dicat prædicatum posse distribui, Addit obiter. Quod autem prædicatur: Cō.126. Introdu. Iuniorū. Philopo. Q

non

A non dicitur omne. Et sic nec maior de medio potest vniuersaliter accipi:nec medium de minori potest distribui, Per quæ vult habere in scientijs semper medium esse vnũ & determinatum:licet bis assumptum, vt subiectum: & vt prædicatum, Vnum tamen semper. In dialecticis vero nõ semper vnũ & idem est. verbi gratia. Sapientes discũt: Qui discunt, non sciunt. Sapientes igitur non sciunt. Discere enim æquiuocum est:& in ipso intelligere:& in ipso doceri dictum. Latet autem deceptio propter æquiuocationem. Et rursus Homo animal:animal trisyllabũ. homo trisyllabũ igitur. Dupliciter enim homo & in substantia: & in nomine. Etenim & res dicitur homo, & nomen etiã. Et iterum. Olera excedũt terram. Quod excedit eo quod excedit:maius est:Olera igitur terra maiora sunt. Excedere.n.aut secũdum magnitudinẽ excedere dicitur, aut supra superficiem esse. Quia igitur non circa determinatos, multas deceptionis causas habent. In scientijs vero nõ ita, determinatæ.n. sunt res: quæ secundũ vnãquanq; scientiã, & nũq̃ ob æquiuocationem error in ipsis accidit. Quo fit: vt paralogismi in scientijs non accidant, sicut in dialecticis, nam neq; accidere possunt propter æquiuocationẽ medij:neq; propter illius multiplicitatem. In dialecticis autem possunt accidere paralogismi in dictione: vt visum ẽ.

B

Æquiuocum est.

Quæstio. ❡ Quærunt Iuniores. Vtrum prædicatum sit forma subiecti:Et licet hæc quæstio sit obiter quæsita. Tamen argumentantur q̃ non, quoniam nec genus nec differentia est forma speciei:cum sint illius partes præterea in hac propositione, homo est homo:homo non est forma sui. ❡ Neoterici asserunt prædicatum esse semper subiecti formam: præterq̃ in propositione: in qua idem prædicatur de seipso. Sed contra, q̃m in hac propositione album est lignum, potius subiectum est forma prædicati q̃ contra, vt Boetius dicit. Propterea dicendum. q̃ in prædicatione natura li: semper prædicatum est forma subiecti: aut inhærens: quæ in est aut declarans, quæ dicitur de alio. In ea autem enunciatione: in qua idem de se enunciatur: nihil prædicatur, cũ non sit propositio, vt alibi diximus, Sed enunciatio: quæ ex nomine constat, & verbo.

Sol. Neotericorũ. C Cõfutatio

Propria solutio.

❡ Hæc autem licet quasi cernere mentis perceptione, in disserendi, uero facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura, si designauerit patet. Sed quidnam ultra. Carmina ne sunt circulus, continuo patet non esse.

❡ Hæc autem sunt, ut est uidere intellectu. In orationibus autem, latent. Vtrum omnis circulus figura sit, si autem scribatur, manifestum est. Quid autem sint ne carmina circulus. Manifestum, quoniam non sunt.

D

Cõ.127. ❡ Cum dixisset: q̃ in mathematicis scientijs non accidant paralogismi inductione, Sed in dialecticis methodis: nunc per exempla hæc ostendit, & inquit. ❡ Hæc autem sunt: terminos dicit. Vt est videre intellectu, videlicet in mathematibus: nam de his est sermo. q.d. In mathematibus autem, non est sifr paralogismus propter duplicitatem termini: in dialecticis. Vnusquisq; enim terminus eorum, qui in mathematibus sunt: eo quod determinatus sit: veluti ostẽsio est. Et simul cum auditur circulus, aut tale quid: statim sciens videt quod dictum est, in seipso depictum, & non fertur in aliud quoddam significatum, sed in hoc solum, cuius & definitionem intra se continet. Ergo quasi dicat. Hæc autem. s. termini & terminorũ significata sunt eo modo: Vt est videre intellectu: in ipsis mathematibus. Nam (vt Philoponus exponit), Siquis interrogaret geometrã, si circulus sit figura: statim phantasiam aduerteret ad descriptum circulum, & non determinaret: de quo circulo sermo est: aut quot modis circulus dicitur, quoniam ex descriptione patet eius determinatio. Propterea inquit. Hæc autem scilicet termini & terminorum significata in mathematibus sunt eo modo, vt est videre intellectu a sensibus atq; phantasia terminorum significato accipiente vel intellectu, in quo sunt depictæ figuræ & circuli, vt sunt in abaco: vt recte Philoponus exponit. In orationibus autẽ hoc est in dialecticis conuenientibus: latent nomina, propterea q̃ non sint determinata. Vtrum omnis circulus sit figura, Nam in voce circulus est multiplex, quoniam dicitur de figura: & dicitur de carminibus. Si autem scribat: scilicet aut in phantasia: aut in abaco: manifestum est: & sic tollitur æquiuocatio. Rursus autem siquis te interrogaret quid sint, hoc est vtrum sint ne carmina circulus. Iterũ manifestum est: quoniam non sunt circulus, ex descriptione enim in abaco: aut in phantasia: patet q̃ carmina non sint circulus. Ex his sequitur: q̃ cum determinata sint, quę subiecta sunt geometriæ, & nulla æquiuocatio est in sciẽtijs: minus ac raro est paralogizari in ipsis: determinata.n. est (vt Philoponus inquit). Vniuscuiusq; termini significatio, Vt puta quid est circulus, & quid linea: & quid æquipedum: & quid concidere, & vnumquodq; cæterorum eodem modo, & sunt quasi constitutæ: dispositięq; in anima figuræ: Vnde simul est eum audire circulum: & circulum: qui in anima est figuratus: ac dispositus, est intelligere: Sic autem non est in dialecticis, non enim determinata sunt, quæ sunt subiecta dialecticæ. ❡ Quo vero ad verba attinet: animaduerte (vt Philoponus perpulchre exponit) q̃ Aristoteles vocat carmina circulum, hoc est epigrammata, eo modo confecta: non vt dictionem finalem primi versus consequatur principium secundi. Et finalem dictionem secundi consequatur principium tertij, & sic deinceps ordinate. Sed vt possit idem versus, & principiũ & finis fieri. Huius rei affert exemplum est epigrammatæ, quod Homerus, vt Herodotus inquit in vita Homeri, confecit in Midam Regem Phrygum. Exponit & Philoponus hæc alio modo sed non curo, quoniam exemplorum non veritas: sed manifestatio requiritur.

E

F

G Verborũ expositio.

2. de ala. com. 67.

❡ Atq; non oportet inficiationem ad ipsum afferre, si sit propositio inductiua. Vt enim neq; propositio est ea, quæ non ad plura sese extendit. Non enim erit de omnibus. Vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio. Sic patet nec eam inficiationem esse, quæ uniuersalis non est. Etenim eædem sunt propositiones, inficiatione suæ. Nam quam affert quispiam inficiationem, ea uel disserendi uel demonstrandi propositio fieri potest.

H

❡ Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiua. Sicut enim neq; propositio est, quæ non est in pluribus. Non enim erit in omnibus. Ex uniuersalibus autem syllogismus, Manifestum est, q. neq; instantia est. Eædem enim sunt propositiones, & instantiæ. Quam enim fert instantiam. Hæc utiq; fiet propositio demonstratiua aut dialectica.

❡ Quid velit facere hic Aristo. Philoponus dubitat, nec bene ipse exponit. Quidam vero (quorum expositionem narrat Philoponus) dixerunt q̃ cum Arist. Declarasset differentiam inter paralogismos: dialecticos, & doctrinales: hic velit declarare qualis sit instantia, quæ fit in paralogismis: qui fiũt in mathematibus. Dato q̃ aliquis paralogismus in illis fiat, veluti esset iste. Circulus omnis figu- Cõ.128. Quæ Phi

I ra: carmen circulus, igitur carmen figura, dico dato ꝙ in mathematicis fieret: quia reuera nullus fit paralogismus in dictione, vt in dialecticis. Sic igitur vult declarare qualis instantia fiat in paralogismos mathematicos: si aliquis in mathematicis paralogismus fieret. Et vult ꝙ instantia contra paralogismos mathematicos non fit per inductionem, hoc modo inducendo contra minorem: & hæc: & illa carmina non sunt circulus. Sed oportet vniuersaliter instare, Vt puta, ꝙ nullum carmen sit circulus. Nam sicut propositio non est demõstratiua: quæ non est vlis: qm̃ ex vlibus est syllogismus, ita nec instantia est scientifica, quæ non est vlis. Causa autẽ, qm̃ instantia fit aliquando syllogismi pars: Vt puta si aliquis instaret ad propositionẽ dicentẽ carmina circulus, & diceret nullũ carmen est circulus. Instantia nunc fieret syllogismi conclusio dicentibus nobis hoc modo: Nullũ carmen est figura. Omnis aũt circulus figura est. Nullũ igitur carmen circulus est. Si vero ad conclõnẽ fertur instantia, dicentẽ, ꝙ carmina circulus dicet hoc modo. Nullũ carmen circulus est, circulus autẽ figura est. Nullum igitur carmen figura est. ❡ Hęc est vna expositio: quam Philoponus narrat: & nõ approbat. Primo, qm̃ semper instantia est syllogismi cõclusio. Hanc. n. oportet demonstrare: vt oppositũ ipsi demonstrabimus non recte esse. Amplius: hæc expositio non cõsonat verbis Aristotelis: vt dicit. Tamen ipse exquisitam huius loci expositionẽ transfert ad tẽpus, donec perquirat alios expositores. ❡ Sed si liceat ponere os in cœlum: diceremus ꝙ Aristoteles hic venit ponere differentiam inter instantiam dialecticam, & doctrinalem: siue scientificam. Nam postquam posuit differentiam vnam inter paralogismos dialecticos & mathematicos, hic obiter interponit differentiam inter instantiam dialecticam: & scientificam. Et vult ꝙ dialectica instantia fit particularis: vel inductiua: hoc est singularis. Scientifica vero fit vniuersalis: quoniã est ꝓpositio de omni & per se. Vnde inquit. ❡ Non oportet autem instantiam ferre in ipsum quod volumus destruere in mathematicis. Si illa instantia sit propositio inductiua, hoc ẽ singularis. Sic enim instamus in dialecticis. Affert causam, cur non sic instamus in mathematicis: & inquit. Sicut enim neq; propositio est in mathematicis: q̃ non est in pluribus: hoc est vniuersalis, contra quam instamus, ita nec instantia est quæ non est vniuersalis. Nam (vt inquit) si propositio non sit in pluribus, & vniuersalis: non erit in omnibus. Sed (vt inquit). Syllogismus ex vniuersalibus est. Et ita nec propositio potest esse nisi vniuersalis: quare & instantia vniuersalis est. Per hæc autem verba vult innuere consequentis destructionem, hoc pacto. Si propositio non sit vlis; propõ non erit in omnibus. Et si propositio non sit in omnibus: syllogismus nõ erit ex vlibus, Destruit tunc vltimũ cõsequens dicẽs. Sed ex vlibus est sylls. Et sic vult habere ꝙ propõ sit vlis: q̃re & instantia. Et hoc infert: & inquit. Manifestũ est ꝙ neq; instantia est vniuersalis subaudi si propõ non sit vlis. Cuius causam affert: & inquit. Eędem. n. sunt ꝓpositiones: & instantiæ. cuius cãm affert, dicẽs. Quã enim fert instantiã: hæc vtiq; fiet ꝓpõ demõstratiua in scientijs, aut dialectica in ꝓblematibus. Recte ergo dictũ est: ꝙ instãtia in scientificis sit vniuersalis. ❡ Quo vero ad verba attinet. Quidam & recte dixerũt: ꝙ instantia, quando fit ad propositionem: vt si fieret ad propositionẽ: nẽ dicẽtẽ carmina circulus, diceremus. Nullũ carmen figura est. Omnis autẽ circulus figura. Nullũ igitur carmen circulus est. Si nautẽ fieret ad cõclõnem, instantia fiet propositio, vt ad illã conclusionẽ carmina circulus, dicemus hoc pacto. Nullũ carmen circulus est. Circulus aũt figura est, nullũ igitur carmẽ figura est. Et ita quouis mõ semper instantia est vniuersalis. At in dialecticis põt esse inductiua: hoc est singularis. N

K

Propria expositio.

L

M

❡ Sed circa hanc nostrã expõnem: sunt dubiões: & prima quidẽ: quia instare est officiũ opponentis. Sed in mathematicis non licet opponere & respondere, nõ. n. in illis disputationes fiunt. Igitur sunt instantiæ. Secundo, quia ꝓpositiones demonstrationis sunt veræ: Instantiæ autẽ falsæ. Igitur instantiæ non sunt ꝓpõnes per se. Tertio: instãtia esse põt ad vniuersalẽ propositionẽ. Sed instare ad vniuersalem non fit nisi p̃ contradictionẽ, & omnis cõtradictio est inter vniuersalẽ & particularẽ. Igitur omnis instãtia est propõ particularis. O ❡ Pro solutione animaduerte ꝙ in mathematicis bifariã fieri potest: Aut tentatiue, qualis a pceptore fit erga discipulũ. Et hæc semper est vlis, & vera: eo quia imperitus discipulus semper profert falsam & impossibilẽ propõnẽ. Aut litigiose, & hæc fit ab imperito atq; cõtrariæ affecto: vt de Brysone fertur. Et quãdo fit ex parte imperiti, põt esse impossibilis. Aristoteles loquitur de instantia tentatiua quæ fit a præceptore erga discipulũ. Et per hoc patet solutio ad duas primas disputationes. ❡ Ad tertiã dico ꝙ in his quæ sunt per se: idem est vniuersalis: & particularis secundum rem. Et ita in demonstratiuis instantia particularis secundum rem est vniuersalis: secus est in dialecticis.

Dubõ cõtra expositionem. Prima. Secunda. Tertia.

Solones ad primã & scdam Instantiã in mathematicis bifariam fieri potest.

Ad tertiã

❡ Fit autem ut quidam uitiose concludant, propterea quod eos medios sumunt, qui terminos utrosq; sequuntur. Qualе quidem facit & Cæneus, ignem gigni multiplicata ratione concludens hoc pacto. Ignis (ut dicit) celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo cõstare ratiocinatio nequit. Sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, ut ex bis quæ sumuntur ratiocinatio construatur, interdum uero fieri potest, sed non ceruitur. P

❡ Contingit autem quosdam non syllogistice dicere, propter id quod accipiunt ad utraque consequentia. Vt & Cæneus facit q. ignis in multiplicata analogia fit. Etenim ignis cito generatur, sicut dicit. Et hæc est analogia. Sic autem non est syllogismus. Sed si uelocissimam analogia sequitur multiplicata. Et ignem uelocissima in mutatione analogia. Aliquando quidem enim non contingit syllogizare ex acceptis. Aliquãdo uero contingit, sed nõ uidet. Q



❡ Cum dixisset ꝙ ob medium terminum æquiuocum est entem: sæpenumero in disputationibus fiunt multi paralogismi: quod quidem in scientijs non accipit, nunc vult demonstrare (vt Philoponus inquit) Paralogismos, qui ob figuram fiunt in disputationibus: vt ostendat: ꝙ scdm hos differunt Cã. 119.

Verborũ expositio.

A differũt scientiæ a disputationibus dialecticis: quatenus in dialecticis disputationibus paralogismi fiunt ob figurã, in scientijs autẽ non fiunt. Non fiunt autẽ in scientijs, q̃m syllogismi scientiarũ sunt ex his, quæ per se: & conuertibilia sunt. At syllogismi in dialecticis non ex conuertibilibus sunt. Hic igitur vult: ꝙ in dialecticis ob figurã paralogismi fiant: Propterea ꝙ idẽ medium ad duo extrema sequatur: hoc est eo ꝙ capiant in secunda figura duas affirmatiuas. Putant.n.ꝙ si idẽ sequatur ad duo: & ea inter se sequantur: hoc autẽ non est: nisi illa conuertibilia fuerint. Nã & ad hominẽ: & ad lapidẽ sub sa sequitur: non tamen alterũ ad alterũ sequitur: hoc est lapis ad hominẽ, aut hõ ad lapidẽ. Non.n. sunt conuertibilia. Sicut faciebat sophista. Cęneus. Syllogizabat.n.ꝙ ignis in multiplicata analo

B gia fit: hoc mõ. Ignis velocissime fit: quæ in multiplicata analogia fiunt: citissime fiunt. Ignis igitur in multiplicata analogia fit. Circa quæ Aristoteles inquit: Interdum in talibus sanã fieri rationẽ: hoc est syllogismũ. Vtputa: cũ ꝓpositiones cõuertuntur. ¶ Disputat hic Philop. cũ Alexã. de multiplicata analogia quid sit. ¶ Ad quod Alex. respõdet: ꝙ Aristo. per multiplicatã analogiã intelligit ꝓportionem qualis est duorũ ad tria: & ducentorũ ad trecẽta. ¶ Cõtra quẽ asserit: eũ non habere multã in mathematicis peritiam. Q̃m ignorabat ꝓportionem duorũ ad tria, & ducentorũ ad tricenta esse multiplicẽ, cũ reuera sit superparticularis. Non.n. tria adsunt duo multiplicia, nec trecẽta ad ducẽta. Non.n. maior numerus cõtinet minorẽ bis aut ter: aut sępius: sed semel cũ aliqua eius particula. Ergo

Disputatio Philop. cũ Alex. de multiplicata analogia Alex. Phi. cõtra Alex. Alex. nõ fuit peritus in mathematicis

C eorũ proportio nõ est multiplex. Proportio.n. multiplicans siue multiplex est: quando in numeris maior bis: aut ter, aut sæpius præcise continet minorem: Vtputa, in duplis duo ad quatuor: & quatuor: ad octo: aut in triplis. 3. ad. 9. &. 9. ad. 27. & alijs eodẽ modo. Super particularis vero est quando maior numerus habet totũ minorem, & particulam aliquam quis ipsius: aut quartã: aut quintã, aut deinceps. Vtputa: numeri ternarij ad binariũ super particularis est proportio. Habet.n. totũ ipsum, & dimidiũ: quocirca ꝓportio hæc Hæmiolia vocata est propter dimidiũ, latine a Boetio dicitur sexquialtera. Proportio vero quatuor ad. 3. Epitrita. habet.n. totum & tertiã eius: Iõ Boetius eã vocat sexquitertiã: hoc est semel cõtinens: & tertiã. Numeri ergo ab Alexandro assumpti ad demõstrationẽ: Vtputa, duo & tria & ducẽta & trecenta non sunt in rõne multiplicata: sed insuper particulari, hoc est

D in Pemiolio. In q̃bus auctio non fit sicut in multiplicatis vel multiplicibus. ¶ Propter hęc Philoponus cũ Proculo exponit per multiplicatos numeros eorũ: quorũ adinuicẽ est proportio multiplex: vt. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128 256. & ordine deinceps. Possibile.n. est in infinitũ progredi, nec solũ in duplis hoc accidit: sed in triplis, & quadruplis & reliquis omnibus. In super particularis vero, quos Alex. supposuit: nullo modo sic velociter proportionẽ est inuenire. Non.n. vt ad. 2. ad. 3. Ita deinceps: &. 3. est inuenire ad aliquem alium eorum: qui post ipsum eandem rationem habere: quo vero modo sit inuenire plures superparticulares proportiones deinceps. Methodo opus est arithmetica: quam Nicomachus in introductione assignauerat. Sic igitur Aristo. per generari in multiplicata analogia: intelligit generari in proportione multiplici: vt quando genitum est multiplex ad id, ex quo generatur. Q̃m velociter est inuenire hanc ꝓportionẽ. Proportionẽ vero super particularẽ: non sic facile est inuenire. Vnde dicit. ¶ Contingit autẽ quosdã non syllogistice dicere. Subaudi in dialecticis, ꝓpter id quod accipiũt ad vtraq; cõsequentia. vt in secũda figura ex duabus affirmatiuis. In dialecticis enim (ꝓpterea ꝙ ꝓpositiones non conuertantur) cõtingit syllogizari ex duabus affirmatiuis. Et ponit exẽplũ, & inquit. Vt Cęneus sophista facit: Syllogizãs ꝙ in multiplicata analogia fit, hoc pacto. Ignis cito generatur, hæc est minor. Hæc est subaudi multiplicata analogia: hæc est maior, vt sit syl̃lus hoc pacto. Quod in multiplicata proportione generatur: celeriter fit: Ignis celeriter fit. Ergo ignis in multiplicata proportione generatur. Tunc exponit qualis hic syl̃s sit: & dicit Sic autẽ non est syllogismus q̃m est in secũda figura ex duabus affirmatiuis. Sed subaudi erit syl̃s: si velocissimã. s. generationẽ. Sequitur multiplicata analogia. Hoc est: si maior conuertatur hęc pacto: quod celeriter fit in multiplicata proportione generat. Et ignẽ subaudi sequatur analogia in velocissima mutatione: ita vt minor fit, & ignis velociter fit. Nã tũc sequitur ꝙ ignis in multiplicata analogia generetur.

B

Syl̃s Cęnei.

F

¶ Quo vero ad verba attinet, Per ignẽ esse in velocissima mutatione, intelligitur ignẽ esse in velocissima generatione. Addit aũt Aris. cãm differentiæ, & inquit. Aliquãdo quidẽ.n. non contingit syllogizare ex acceptis. Aliquãdo autẽ contingit: sed non videtur. Diximus ꝙ duas affirmatiuas in secunda figura possibile est introducere ad syllogisticã figurã: quando termini sunt cõuertibiles, vt possit conuerti maior, vt reducamus ipsam ad primam figurã: quando vero non conuertuntur, non reducitur. Et addit: sed nõ videtur. quia licet sit in quibusdam talibus concludere cõclusionem propter propositiones: sicut diximus: in conuertibilibus vtẽtes cõuersione maioris, nõ tamẽ videtur necessarium: propter insyllogizabilitatẽ complicationis propositionũ. Non.n. complicatio causa est: sed eo ꝙ termini conuertuntur vt possit & recte complicari. Ergo addit: sed non videtur: quia licet contingat syllogizari: nõ tamen videtur, quia nõ apparet necessariũ, nisi facta conuersione. ¶ Sed dices: tũc omnis syllogismus in secũda, & tertia figura erit paralogismus, q̃m nullus apparet necessarius: nisi facta conuersione. ¶ Dicendum ꝙ in alijs figuris seruatis qualitate & quantitate syllogismi nõ sunt paralogismi: q̃m semper possunt reduci in primã figurã. At syl̃lus ex duabus affirmatiuis in secunda figura: est paralogismus: q̃m non semper potest reduci: sed solum: cum termini conuertuntur. Propterea addit, Aliquando enim non contingit syllogizari ex acceptis: Aliquando vero contingit: sed non videtur. At syllogismi secundæ, & tertiæ seruata qualitate, & quantitate semper possunt reduci: & hac ratione non sunt paralogismi. Patet ergo ꝙ in dialecticis paralogismi contingunt propter figurã: quoniam non fiunt syllogismi ex conuertibilibus. In doctrinis autem tales syllogismi non accidunt, quoniam propositiones sunt semper per se, & conuertibiles, & ita semper maior conuerti potest.

Verborũ expositio.

G

Obiectio.

Solutio.

H

¶ Quia si fieri non posset, ut uerum ostendatur ex falsis, facile esset resoluere. Conuersio nãq; necessario fieret. Si enim. a. uerũ, quod cum sit, hæc sunt quæ quidem esse scio, ueluti. b. Ex his igitur illud esse ostendam. Conuertuntur autem ea magis quæ in mathematicis sunt, quia nullum accidens sed definitiones accipiunt, atque hoc etiam ipso a differendi differunt facultate.

I *¶ Si autem esset impoßibile, ex falsis uerum demonstrare, facile utiq; esset resoluere. Conuertuntur enim ex necessitate. Si enim A, ens, hoc autem cum sit. ea utiq; sunt, quae noui, quoniam sunt, ut, B, Ex his igitur demonstrabo, quoniam illud est, Conuertuntur autem magis, quae sunt in mathematicis, quoniam nullum respiciunt accidens. (Et in his differunt ab his, quae sunt in dialogis) sed definitiones.*

C6. 130. ¶ Hic (vt Philoponus autumat) iterum Aristote. assignat aliam differentiam inter demonstratiuos syllogismos & dialecticos: & ait: ꝙ facilior fit resolutio in demonstrationibus ꝗ in dialecticis. Vocant autẽ geometrae resolutionẽ: inuentionẽ propositionum: per quas conclusa fit vera conclusio. Vtputa: si proponatur nobis aliqua conclusio vera, ꝙ hic triangulus sit aequilaterus, per propositiones inuenimus conclusionem: a quibusdam confessis: sumentes initium: & definentes in id quod quaeritur: & hoc

K tale vocatur compositio. Resolutio autem: viceuersa se habet cum compositione. Capientes enim prius id: quod quaeritur vt confessum. Vtputa ꝙ hic triangulus est aequalaterus, quaerimus quaenam fuerunt propositiones, per quas id probatum fuit, vt resoluentes inueniamus ipsas quosq; veniamus ad aliqua confessa, & principia geometrix.

Cap. 26. ¶ Vnde Themistius hic dicit, ꝙ resolutio fit retrocessus a conclusione vera ad principia ex quibus deducta est. Vult igitur ꝙ si ex veris solis propositionibus verae conclusiones concluderentur, facilis vtiq; esset resolutio: & huius causa est, quoniã propositiones conclusionis cõclusiuae essent determinatae. Quia vero ex falsis concluditur conclusio vera: & haec sunt quodã modo indeterminatae, difficilior ipsarum resolutio est.

L ¶ Quare hac ratione differunt demonstratiui syllogismi a dialecticis. Concluditur. n. syllogismo dialectico ꝙ homo sit animal: & ex eo ꝙ moueatur, & ex eo ꝙ ambulet: & ex eo ꝙ dispu tet: & ex alijs infinitis. Amplius: syllogismo dialectico ex falsis concluditur vera conclusio, modo falsa illa concedantur. Quare in dialecticis siquis voluerit omnes propositiones conclusionis conclusiuas inuenire: non facile nãd sceretur: propter ipsarum indefinitatem. At in scientijs non hoc modo, nec. n. ex falsis propositionibus, neq; ex his, quae per accñs rebus insunt. sed ex his: quae primo & per se concludunt scientiales conclusiones. Haec autem determinata sunt. Facilior autem est resolutio ad determinata ꝗ ad indeterminata. Et ideo facilior in scientijs resolutio est: ꝗ in dialecticis.

Dfñ syllo rũ demõstratiuorum a dialecticis

Verborũ expositio.

M ¶ Quo vero ad verba attinet: Aristo. vult hunc syllogismum: Quibus conuersio facilior, is & resolutio facilior est. In mathematicis couersio facilior est. Ergo & resolutio facilior. De ratione ergo primo affert maiorem cũ eius probatione, & inquit. ¶ Si autem esset impossibile ex falsis verum demonstrare, ita vt ex solis veris demonstrationes sint: Facile vtiq; esset resoluere conclusionem ad propositiones. Affert causam, & dicit. Couertuntur. n. ex necessitate a propositionibus ad conclusionẽ: & viceuersa a conclusione ad propositiones. Cuius rationem assignauimus ex his: quae Philoponus inquit. Quoniã propositiones tales sunt determinatae. Haec exponit per exemplum: & inquit. Sit. n. a. ens hoc est conclusio existens vera: hoc autem. s. a. cũ sit, ea vtiq; sunt, quae noui: quoniam sunt, vt. b. hoc est propositiones, assumit. n. b. ꝓ duabus propositionibus. Ex is igitur demonstrabo, scilicet propositionibus: quae sunt. b. demonstrabo, quoniam illud. s. a. est: & sic ex. a. conclusio est. b. & ex. b. a. sequitur.

Com.12. ¶ His determinatis: Aristo. de definitione quatuor proponit. Primum quomodo quodquidest demonstretur .i. ostendatur, an syllo, an diuisione, an compositione. Verbum enim demonstatur: non syllogismo demonstratiuo oñsum significat: sed cōiter accipitur. Secundū quis modus reductionis sit, hoc est quō definitio in demonstratione ipsa reducitur. Verbum .n. introductionis græce ē ἐπαγωγῆς, Latine sonat inductionem, siue reductionē. Erit

B ergo secūdum problema quō definitio inducitur: siue reducitur in demonstratione: Tertium quid est ipsa definitio, an demonstratio, an propō. Quartū quorum est definitio an omnium entium: an solius substantiæ: & si solius substantiæ: an solius spē: an generum, hæc sunt quatuor problemata, quæ proponit, & statim ordinat se ad dicenda: & inquit. Dicemus. primum opponētes de his: nam qui inuenit: prius dubitat: vt scribit Arist. in methaphysica. Vnde vero primum dubitationem accipiet: exponit, & inquit. Principiū autem sit futurorum: id est eorum, quæ in futurum dicemus a dubitatione illius: quod quidem est maxime proprium habitis rationibus. Id autem videtur maxime accommodatum, quod erat quartum: videlicet quorum est definitio. Vtrum omniū: quorum est demonstratio. Sed quid per habitas rationes in-

C telligit non est planum. Simplicius intelligit per habitas rationes: eas pertractationes, quæ proxime dicentur: hoc est cætera tria problemata, quæ cōsequenter dicenē post declarationem quarti problematis: exponit autem illud, vnde commode principium dibitandi esse assumendum proposuit, & inquit. ¶ Dubitabit. n. vtiq; aliquis: vtrum sit idem: & secundum idem definitione scire, & demōstratione. Addit aūt. Secundum idem, vt Philoponus notauit: & Themistius: quia ꝓbabile est de aliquo vno & eodem cognitionem nos habere secundum aliud quidem ꝑ definitionem, secundum aliud vero ꝑ demonstrationem. De triangulo. n. quid sit: ꝑ definitionē cognoscimus. Qđ autem duobus rectis æquales angulos habeat: per demōstrationem scimus. ¶ De necessitate vero capituli. Expo-

D Quę expositor Thomas de huius capti necessitate Simplicius sitor asserit pertractationem hanc esse necessariam: ex eo: quia prius declarauit omnem quæstionem esse medij: & cum medium sit quodquid est: ideo nunc de ipso quodquid est, dicere cogitur. ¶ Simplicius vero dicit necessitatem capituli esse ex eo: quia dixit idem esse ꝑꝑ quid scire: & quid scire: ideo credet aliquis demōstrationem esse eorum: quorum est definitio, & contra definitionem esse eorum, quorum est demonstratio. Similiter credet idem esse demonstrabile, & definibile, rursus idem demonstrationem: & definitionem. Quæ cum nō sint. Iure quærit an idem secundum idem sit demonstratione: & defini-

Themisti. tione scire. Themistius vero necessitatem cap. assignat ex ea, quia supra dictum est quomodo quæstiones compositæ monstrantur. Nunc vult agere an quod quid rei demonstrari possit. At hoc intelligi non potest: nisi prius disputetur. Vtrum omnia eodem respectu per demon-

strationem & definitionē scire contingat. Quare ab hoc recte & incipit, hæc de cap. necessitate. E

¶ An idipsum fieri nequeat. Etenim diffinitio ipsius quid est esse uidetur. Omne autem quid est, uniuersale ē, atq; affirmatiuum. At ratiocinationes alias negatiuas, alias non uniuersales esse patet. Vniuersæ namq; ratiocinationes secundæ figuræ sunt negatiuæ. Tertiæ autem uniuesales non sunt.

¶ Aut est impoßibile. Definitio enim ipsius quod quidest, esse uidetur, ipsum autem quod quid est omne uniuersale, & prædicatiuum est. Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autē non uniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia uero non uniuersales.

¶ Soluit problema propositum: & inquit. ¶ Aut est impossibile. Aut enim quod græce est ἢ est solutionis nota: non tamen certæ solutionis: sed dubiæ, est ergo solu. Com.13. F

vt Themistius Philoponus & Simplicius: exponunt, non omnium quorum demonstratio est: esse definitionem. ¶ Latini vero interpretes non bene textum intelligunt, cum verbum, aut disiunctiue legunt, nam (vt diximus) est nota dubiæ solutionis. Quod vero nō omniū: quorum est demonstratio, sit definitio, probat: & primo accipit definitionem esse rei vniuersalis: & affirmatiuæ. Quam suppositionem probat sic. Omne quodquidest: est vniuersale, & prædicatiuū. Definitio est ipsius quodquidest, ergo definitio est rei prædicatiuæ & vniuersalis. Aristoteles accipit minorem, & inquit. Definitio enim ipsius quodquidest, esse videtur. Deinde accipit maiorem: cum inquit. Ipsum autem quodquidest omne vniuersale & prædicatiuum est: patet ergo definitionem esse vniuersalium: & prædicatiuorum: & per quodquidest: intelligit essentiam definiti, siue illa sit species: siue genus. Accepta ergo hac suppositione pro maiore: hoc pacto: definitio est rerum vniuersalium: & prędicatiuarum, Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autem non vniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt. In tertia vero non vniuersales. Ergo nō omnium: quorum est demonstratio: est definitio. Subintel. G

¶ Deinde nec eorum omnium est deffinitio, quæ per primā affirmatiue demōstrantur figurā. quale est hoc. Omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, aliamq; similis. Huius autem ratio est: quia id scire quod demonstrari potest nil aliud est ꝙ demonstrationem eius habere quare si est alium demonstratio, patet earundem & diffinitionem non esse. Nam si esset, per diffinitionem etiam quispiam scire demonstrationem non habens. Nihil .n. uetat, non simul demōstratio atq; diffinitio habeatur.

¶ Postea neq; eorum, quæ sunt in prima figura prædicatiuorū omnium est definitio, ut quontā omnis triangulus duobus rectis æquales Habet. Huius autem ratio est, quoniam scire demonstrabile ē demonstrationem habere. Quare si in talibus est demonstratio, est manifestum, ꝙ non erit utiq; eorum definitio. Sciet. n. utiq; aliquis, & secundum definitionem non habens demonstrationē. Nihil enim prohibet non simul habere. H

¶ Latini expositores Aristotel. facere secundam rationem ad idem exponunt. ¶ Verum Philoponus: Aristote. dicit soluere instantiam: nam cum ea: quæ in prima figura demonstrantur: sint vniuersalia: & affirmatiua: posset quispiam dicere saltem eorum esse definitionem. Propterea hanc instantiam soluens: inquit. ¶ Postea neque eorum, quæ sunt in prima Com. 14. Latini. Expositio Philopo.

I figura prædicatiuorum, & vniuersaliũ omnium est definitio, vt quoniam non est definitio eius quod est omnis triangulus habet duobus rectis æquales:cuius tamen est demonstratio in prima figura. Quod vero illorum non sit definitio: ꝓponit causam se velle assignare, & in quir. Huius autem ratio est:& in assignando causam: ac cipit quid est scire ipsum demonstrabile:& inquit. Quo niam scire demõstrabile est demonstrationẽ habere, hoc stante:proponit conclusionem:quam vult probare, & inquit. Quare si in talibus.s. vniuersalibus prædicatiuis ẽ demonstratio, est manifestum, quod non erit eorum definitio:hæc est conclusio:quam intendit, & (vt mihi videtur)ipsam probat per oppositum. Dicas enim ꝙ eorum demonstrabilium sit definitio:sequitur tunc aliquem scire illa, & quidem per definitionem non habens demon-
K strationem. Probat autem consequentiam: & inquit. Nihil.n. prohibet aliquem illas non simul habere:immo po test aliquis habere definitionem: & tunc non habere demonstrationem, quo fit:vt aliquis sciet demõstrabile, & non per demonstrationem. Vtpote sciendo illa demonstrabilia per definitionem:quorum dicis esse definitionẽ. & tunc habetur contra suppositionem:supposuit.n. demonstrabile nõ sciri nisi demõstratione. Patet ergo quatenus instantia nõ valet.
Obiectio. ¶ Sed occurres:quia primo huius Arist. tradit definitionem neq; esse in toto, neq; esse in parte: hoc est necesse vniuersalem:nec particularem: hic vero eã esse asserit & prædicatiuorum, & vniuersalium. Præterea prædicatiuum est cõditio propositionis, at definitio nec propositio est:nec enunciatio. ¶ Et dicẽdum:
Solu. definitionem nec vniuersalem esse, nec particularem: nec vniuersalium:nec particularium vniuersalitate aut particularitate signi:licet sit eius:quod est quodquideſt, quod
L est vniuersale. Simili ratione nec affirmatiua: nec negatiua est:nec negatiuorum, nec affirmatiuorum qualitate propositionis, sed virtute eius, quod est quodquideſt.

¶ Inductione etiam idem satis ostendit, crediq; potest. Nihil enim unquam eorum quæ uel per se uel per accidens insunt diffinientes cognouimus.

¶ Sufficit autem fides & ex inductione. Nihil enim aliquando definientes cognoscimus neque eorum, quæ per se insunt neq; eorum quæ accidunt.

Com.15. ¶ Præterea ꝙ non omnium quorum est demõstratio sit definitio fides est ex inductione: scilicet de vno particulari. Non enim per inductionem hic intelligit argumentum, quod in omnibus particularibus inducit. Sed intendit inductionem in vno, ad probandum enim non om-
M nem hominem esse album. Sufficit inducere vnum hominem non esse album, vt Ethiopem. Sic ad probandũ nõ omnium quorum est demonstratio:esse definitionẽ sufficit inducere in accidentibus: quorum est demonstratio: & tamen non est definitio. Cognoscimus enim aliquãdo accidentia per se alicui inexistentia, & per se accidens inexistentia demonstratione: quorum nullum definimus, inquit. ¶ Sufficit autem fides:& ex inductione: scilicet nõ in omnibus:sed in aliquibus. Aliquando enim nihil eorum:quæ per se insunt, aut accidunt definientes: cognoscemus.s. illa per demonstrationem. Ergo non omnium: quorum est demonstratio, est definitio. Superfluit autem duplex negatio:vt duplex neq;. More enim græco magis negant. Et per ea, quæ per se insunt:intelligit ea, quæ insunt omni:soli: & semper, per ea, quæ accidunt: intelligit ea, q̃ insunt omni:soli:& sp, p ea, q̃ accidũt: intelligit q̃ insunt plerũq;:vt accidentia corporũ Physicorũ. N

¶ Præterea si definitio subiectum explicat atq; declarat, patet talia nõ substantias esse. Perspicuum igitur est nõ omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio.

¶ Amplius si deffinitio quædam substantiæ cognitio est, & huiusmodi manifestum est q non sunt substantiæ, quoniam quidem igitur non definitio omnis, cuius quidem & demonstratio, manifestum est.

¶ Vltimo ratione hoc idem probat:& accipit duo. Primum ꝙ definitio sit cognitio substantiæ. Secundũ quod Com.16.
accipit est: & demonstrabilia non sunt substantiæ: quia sunt accidentia. Ex his sequitur demonstrabilium nõ esse definitionem:de ratione accipit illa duo: & prætermisit conclusionem:inquit. ¶ Amplius:si definitio substan- O
tiæ quædam cognitio est, hoc est primum. Et huiusmodi demonstrabilia manifestum est, ꝙ non sunt substantiæ: & hoc est secundum. Ex his non concludit conclusionẽ. Sed loco illius infert epilogum, & inquit. Quoniam quidem igitur non est definitio omnis cuius est demonstratio:manifestum est:tacuit ergo conclusionem:quia in epilogo habetur. Dixit autem talia demonstrabilia non esse substantias, & non dicit nulla: nam genus demonstratur de specie:quod est illius substãtia:bene tamen aliqua demonstrabilia non sunt substantiæ.s. accidẽtia: quæ aut per accidens insunt. Quia si aliqua demonstrabilia non sint substantiæ, non omnium quorum est demonstra- P
tio:definitio erit.

¶ At est ne eius omnis demõstratio cuius est diffinitio. At uidetur non esse, una nãq; & eadem de hoc etiam ei ratio. Constat .n. unius ea ratione qua unum est, scientiam unam esse, quare si id scire quod demonstrari potest, nil aliud est q̃ demonstrationẽ eius habere, eueniet aliquid quod fieri nequit. Sciet enim is quid diffinitionem habet sine demonstratione profecto.

¶ Quid aũt cuius est deffinitio, nunquid omnis demõstratio est, Aut non, una quidem iam ratio & de hoc eadem est. Vnius.n. in quantum unum, est una scientia. Quare si scire demonstrabile est demonstrationem habere, accidit quoddam impossibile. Definitionem.n. habens, sine demonstratione sciet.

¶ At nunc probat:ꝙ non omnis cuius est definitio sit de Com.17.
monstratio, & causa est, quia particularis negatiua non conuertitur, ideo non sequitur: non omnis cuius est demonstratio est definitio: ergo non omnis cuius est definitio est demonstratio, propterea cogitur hoc probare. Et primo quærit cum inquit. ¶ Quid autem est supple id: Q
cuius est definitio. Vtrum illius omnis sit demonstratio. soluit an non:& declarat hoc eadem ratione. Primo tamen facit vnam suppositionem quæ est vnius inquantum vnum vna scientia est, Ex hac suppositione posset sequi immediate propositum: nam si vnius inquantum vnum est vna scientia:ipsius definibilis inquantum definibile non potest esse demonstratio, alioquin ipsius esset & definitio & demonstratio:& ita duæ sciẽtiæ. Tamen accepta hac suppositione:accipit duas alias, quarum primam ponit cum inquit. Quare si scire demonstrabile est de ipso demonstrationem habere. Secundã non posuit, sed Philoponus suppleuit, & inquit. Et sup. & concesserimus ipsum demonstrabile etiam definitione cognosci: ex ipsis infert accidere quoddam impossibile:habere scilicet cognitionem demonstrabilis: sine demonstratione;

quia

A quia qui definitionem haberet illius demonstrabilis: illud sciret sine demonstratione. ⁋ Sed hæc ratio probat potius demonstrabile non sciri definitione, q̃ definibile non sciri demõstratione. Ideo Philoponus (Philopo.) supplet rationẽ: nã pari cã, si definibile demonstratione sciretur, cũ non posset sciri definibile demõstratione, nisi (vt demõstrabile per assumpta: tunc demonstrabile sine demonstratione sciri posset.) Posset.n. sciri definibile: quod esset (Dubitatio.) demonstrabile, sola definitiõe: & priusq̃ sciretur demõstratione, & ita demonstrabile sciretur sine proprio eius (Respon.) modo sciendi. Sic.n. Supplet Philoponus & bene. ⁋ Sed dices ad quid seruit prima suppõ.q̃ est vt unius inquãtũ (Theophrastus & Alexan.) vnum non sit nisi vna scientia. ⁋ Fortasse seruit ad tacitã rationẽ: nam ex illa põt fieri alia rõ: quam nõ expræssit. Trãsiuit.n. ad aliam: quam expræssit non totam. ⁋ Theophrastus: & Alexander (vt narrat Simplicius) Dixerunt

B Aristo. addidisse in suppõne inquãtum vnum, quia eiusdem rei põt esse plures scientiæ: non tamen quo vnũ est: sed quo subit vicem plurimum scibilium.

⁋ Præterea demonstrationũ principia sunt diffinitiones. Quorũ non esse demõstrationes, antea demonstrauimus. Alioquin in infinitum esset processio. Etenim aut principia demonstrãtur, & principiorum sunt semper principia, modusq; nullus unq̃ occurrit, aut in primis stetur necesse est, quæ quidem e diffinitiones sunt, & demonstrari non possunt. (Aut / non / Et)

⁋ Amplius principia demonstrationũ definitiones sunt, quorũ q; non sint demonstrationes demonstratũ est prius. Aut erunt principia demonstrabilia & principiorũ principia, & hoc in infinitum abibit. Et primæ definitiones erunt indemonstrabiles. (Com. 18.)

C ⁋ Secundo idẽ probat & sumit primo definitiones esse principia demonstrationũ. Accipit secũdo principia demonstrationũ esse indemonstrabilia, nã si erunt demonstrabilia, erunt principiorũ principia, & sic ibitur in infinitum. Aut oportet dicere prima principia esse definitiones: indemõstrabiles: inquit. ⁋ Amplius principia demonstrationum sunt definitiones: hoc est definitiones sunt demonstrationum principia. hoc est primũ, accipit secũdũ: & inquit. ⁋ Quorum q; non sint demõstrationes: onsum est prius. Et probat hoc secũdũ: & inquit. Aut erũt principia demonstrabilia: & principiorũ principia: & hoc in infinitũ abibit. Patet ergo secundũ.s. principia demon- (Syll. tex.) strationũ eẽ indemonstrabilia, illis assumptis, infert con-

D clusionẽ, & inquit. Et pro ergo primæ definitiones erũt indemonstrabiles. Vnde syllogismus ẽ. Principia demõstrationũ sunt indemonstrabilia: hæc est maior: & fuit se- (Verborũ expositio.) cundũ assumptũ. Definitiones sunt principia demonstrationum: hæc est minor, fuit primũ assumptũ. Ergo definitiones sunt indemonstrabiles. ⁋ Quo vero ad verba attinet. Et græce καὶ scribitur, & in trãslationibus antiquis ud habetur: tũ & legi debet pro ergo: hoc pacto et definitiones erunt indemonstrabiles, id est ergo primæ definitiões (Dubitatio Simplicii.) indemonstrabiles erunt. Addi verbũ primæ: non ad necessitatem: sed ad innuendum definitiones omnes respectu eorum quorũ sunt: eẽ primas. ⁋ Sed dices ex hoc syllogismo nihil aliud hr̃ nisi definitiones esse indemõstra- (Solutio.) biles. At nostra intẽtio est probare non omnium: quorũ est definitio: esse demõstrationem. Quam dubitationem Simplicius tetigit. ⁋ Dicendum ex hoc haberi propositum: nam si definibilium sunt definitiones: quæ de illis (Themisti.) non sunt demonstrabiles: aliquorum erunt definiones.s.

non omnium erunt demonstrationes, quorum erunt definitiones. ⁋ Themistius legit hunc textum causaliter hoc modo. Principia demonstrationum per definitionem intelligũtur. Per demonstrationẽ vero minime: alioquin ꝓcederetur in infinitum. Ergo non omnium, quorum est definitio est & demonstratio. Inquit Aristo. principiorum demonstrationum sunt definitiones: quorum q; non sit demonstratio ostensum est prius, iterum probat (vt patet: ergo non omnium, quorum definitio est) est demonstratio. Verum melius hic textus legitur: ut nos fecimus, nam cum illo modo Simplicius legit. E

⁋ At si non omnis eiusdem, cuiusdam ne saltem diffinitio ac demonstratio est. (ἀλλα / Ne)

⁋ Sed utrum si non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem definitio & demonstratio. (Com. 19.)

⁋ Duo problemata Aristo. persoluit. s. q̃ non omnis cuius est demonstratio, sit & definitio: & q̃ non omnis: cuius est definitio, sit demonstratio. Ex solutione horum duorum. Sequitur non omnis eiusdem esse demonstrationem, & definitionem: ideo quærit tertio, si non omnis eiusdem est definitio: & demonstratio (vt sequitur ex solutione illorum duorum) Vtrum saltem eiusdem est definitio & demonstratio. ⁋ Quo vero ad verba attinet, ἀλλα græce hic potius pro ne intelligitur: licet vetus trãslatio sed: habeat. Sed nihil variatur: quouis modo legatur. ⁋ Philoponus vero hanc tertiam dubitationem sic inducit: nunquid si non in omnibus accidit hoc vnum & idem subiectum simul: & secundum idem per definitionem: & demonstrationem cognosci. saltem aliquo erit possibile. ⁋ Themistius vero: & Simplicius hanc dubitationem induxerunt, vt nos exposuimus: & quidẽ magis ad verba: licet ad rem nulla prorsus sit differentia. F (Verborũ expositio. / Phi. introductio. / Themi. et Simpli.) G

⁋ An neq; hoc esse põt. Nõ enim eius est demonstratio cuius est definitio. Etenim definitio est ipsius quid est, substantiaq; declarat. Demonstrationes autem idipsum subiicere sumereq; uidentur. Mathematicæ namq; quid est unitas, quid par, quid impar, accipiunt. Cæteræq; demonstrationes similiter.

⁋ An impossibile est, non.n. est demonstratio, cuius est definitio. Definitio quidẽ.n. ipsius quid est, & substãtiæ est. Sed demõstrationes omnes uidentur supponere, & accipientes quodquid est, ut mathematicæ quid unitas, & quid impar, & aliæ similiter. (Com. 20.)

⁋ Soluit nunc tertiam dubitatiouem. Verbum enim an, siue aut, solutionis signum est (vt Philoponus inquit) & Themistius exponit. Et syllogizat sic assumens primo quod vult probare: & inquit. Non enim est eiusdem demonstratio: cuius est & definitio: hoc est quod vult probare, & debet vniuersaliter intelligi hoc pacto, nullius est demonstratio: cuius est definiri: quod probat, cum inquit Definitio quidem .n. ipsius quid est & substantiæ est: intelligit autem per quid est: & substantiam (vt exponit Philoponus) naturam & speciem. Sed demonstrationes omnes non sunt ipsius quid est & substantiæ, cuius causam assignat: quia demonstrationes omnes videntur supponere: & esse accipientes quod quid est, hoc est (vt Philoponus inquit. Omnes demonstrationes supponunt ipsum quodquidest) vt concessum: atq; præcognitum, vt mathematicæ scilicet arithmeticæ supponere videbuntur quid vnitas sit, vt quod sit quantum indiuisibile. Et quid impar, quia est numerus non possibilis diuidi in duo æqualia. Hæc enim arithmetica: vt concessa sumit: similiter nec aliæ scientiæ propria principia H

I ostendunt. Ex his sequitur ꝙ nullius est demonstratio, cuius est definitio. Quod si nullius est demonstratio, cuius ẽ definitio, nõ alicuius eiusdẽ erit definitio: & demonstratio. ⸿ Sed occurres: quia hæc ratio si valet: probat nullam demonstrationem esse definitionem: nam. syllogismus ẽ iste. Omnis definitio ẽ substantiæ. Nulla demonstratio ẽ substantiæ. Ergo nulla demonstratio est definitio. Sed non hoc proposuit. Præterea stat nullam demonstrationem esse definitionem & vtranq; esse eiusdem. ⸿ Fortasse vis rationis Arist. hæc ẽ. Concessa non demõstrantur. Quod quid & substantia: et definitiones cõcessa sunt. Nõ ergo demonstrantur: quare nullius est demonstratio: cuius est definitio. Vel si aliter occurret: aliter dicam. ⸿ Præterea dubitabis: videtur. n. definitio nõ solum substantię: sed accidens, cum accidens habeat proprium genus: & ꝓpriam differentiam. ⸿ Præterea falsum est definitionẽ esse

Dubiõ pulchra.

Solutio.

Alia dubiõ

K concessum: cũ sit duplex definitio. Altera (ut principiũ). Altera ut conclusio primo huius. ⸿ Dici potest ad primũ substantiam esse multiplicem. Alia. n. est secundum rem: & modum: ut prima substantia. Alia secundũ rem: & nõ modum: vt differẽtia: Alia secundum modum & nõ rẽ: vt abstracta accidentia: & concreta respectu prædicatorũ sui generis. Diceremus ergo definitionem esse substantiæ alíquo horum modorum. Accidentium vero non nisi quatenus considerantur respectu eorum: quæ sunt sui generis: respectu. n. subiectorum quorum sunt: non. ⸿ Ad secundum patet solu. loquitur. n. de definitione: quæ dicit quid: & propter quid. Hæc enim vt concessum accipitur, definitio vero quæ est: vt conclusio: est definitio materialis: de qua hic non loquitur.

Tex. 22. Solo. Substãtia multiplex est.

⸿ Præterea omnis demõstratio aliquid demonstrat de aliquo, ut eẽ, aut nõ esse. At in diffinitione nihil de alio prædicatur, ueluti neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, nec istẽ figura de plano. Non est enim planum figura, neq; figura planum.

L *⸿ Amplius omnis demõstratio aliquid de aliquo demõstrat, utqa est, aut nõ est. In definitione nihil alterũ de altero prædicatur, ut neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, neq; de plano figura. Non enim planum figura est neque figura planum est.*

⸿ Secundo idem probat: sic Omnis demonstratio ostendit aliquid de aliquo: vt quia est: vel non ẽ, hoc ẽ, affirmatiue: vel negatiue. Sed in definitionem nihil alterum de altero prædicatur: quod quasi inductiue probat: nã in definitione hominis quæ est animal bipes, nec animal genus de bipede differentia, nec contra bipes differentia de animali genere prædicatur: itemq; nec in definitione trianguli, quę ẽ figura plana: figura genus de plano differẽtia prædicatur: nec contra. Ergo nulla definitio ẽ demonstratio. ⸿ Sed primo dubitabis: quia ex hac ratione non concluditur propositum, sed ꝙ definitio non demonstratio.

Com. 21.

M ⸿ Præterea in Topicis dicit Aristo. definitionem esse orationẽ siue propositionem: igitur in ea ꝓdicatur quoddam de quodã. ⸿ Præterea animal ꝓdicatur de homine, ergo de omni eo, quod conuertitur cum homine: ergo de rationali: & de differentia hominis. ⸿ Et dicendum ad primũ ꝙ hæc ratio potest reduci quoniam definitio non est nisi de termino: demonstratio non nisi de propositione: ergo nihil ẽ de quo sit definitio: & demonstratio. ⸿ Ad secundam vero: Dico ꝙ propositio definitiua (ut hic Themistius dicit) ẽ oratio in qua definitio prædicatur de definito: at definitio pro ratione: quæ dicit rei essentiam, non ẽ propositio, in qua ꝓdicatur aliquid de aliquo, &

Dubiões. Prima. Secunda. Libr. primo. cap. 4 Tertia.

Solones. ad Primũ.

Ad secundam. Cap. 3.

Ad tertiã.

N de hac loquitur Arist. ⸿ De tertia dubitatione disputant metaphysici an genus de differẽtia, an non ꝓdicetur: sed quia res hæc ẽ extra propositum, ideo dicamus Aristo. voluisse genus non ꝓdicari de differẽtia: nec contra in definitione ipsa, cũ quæritur quid ẽ homo, et respondetur animal rationale, nam in hac oratione animal rationale: neutrum de neutro prædicatur: ut tum vero alterum de altero prædicari possit extra hanc orationem: quæstio ẽ metaphysica: & præter propositum.

⸿ Præterea differt quid est, & esse ostendere. At diffinitio quidem quid est patefacit. Demonstratio uero quidpiam inesse cuipiam uel non inesse demõstrat.

⸿ Amplius alterum quod quid est, & quia est, est demonstrare. Sed definitio quid est, ostendit, demonstratio autem, quia est hoc de hoc, aut non est.

O ⸿ Tertio idem probat. Alterum dicens esse quid ẽ: quod indicat definitio, & quia ẽ: vel non est: quod indicat demonstratio: ergo demonstratio non ẽ definitio. ⸿ Sed nõ videtur hæc ratio differre a proxima. ⸿ Respondere videtur Philoponus accipiens a Themistio: quia hæc ratio accipitur a differentia quæstionum: nam per deffinitionem quæstio quid est terminatur, per demonstrationem quæstio quia ẽ & pp quid. Proxima vero ratio processit ex differentia definitionis & demonstrationis ex seipsis sumpta. ⸿ Animaduerte hanc rationem debere reduci ad propositum, vt cætere reductæ sunt, quoniam non concludit: quod proposuit.

Com. 22. Dubiõ. Rñ. Phi.

P *⸿ Diuersorum autẽ diuersa est demonstratio, nisi quid totius sit pars. Quod quidẽ propterea dictũ est, quod si demonstratũ est, triangulũ omnẽ duobus rectis angulos tres æquales habere demonstratum est etiã triangulũ duorũ æqualiũ alterũ tres angulos æquales duobus rectis habere. Iste nãq; partis, ille totius rõnem habere uidetur. At quid est esse, non ita sese habere uidentur. Quippe cum neutrum ad alterum partis habeat rationem.*

⸿ Alterius uero altera demonstratio est, nisi sit tanquã pars quæ dã totius. (Hoc aũt dico, quoniã ostẽsum est duobus rectis æquale habere de isochele, si omnis ostẽsus est triangulus. Pars enim hoc est, illud totum). Hæc autem adinuicem se nõ habent sic, quia est, & quid est, non enim alterius alterum pars est.

⸿ Soluit hic quæstionẽ tacitam: vtrum videlicet quia ẽ & quid ẽ aliquo pacto idem sint. Videtur. n. prima facie illa eadem esse, quia quid ẽ: quæstio simplex: quia ẽ, est quæstio composita: at simplex videtur pars compositi, ergo quæstio quid est videtur pars quæstionis quia ẽ: & ita aliquo pacto idem esse pñt. Quod si quia est, & quid est aliquo modo idem sunt: etiam definitio & demonstratio illo mõ idem esse videtur. ⸿ Soluit & sumit ꝓ solutione. Primo ꝙ diuersarum rerum vna ẽ demonstratio, quoniã illæ res ita se hñt: vt totum & pars: hoc ẽ: vt vle: & minus vle: verbi causa: vna ẽ demonstratio, quã de triangulo demonstratur æqualitas angulorum, & de Isochele: quæ ẽ species trianguli. Est. n. triangulus totum vniuersale. Isocheles ẽ spẽs illius: & minus vniuersale. Hoc accepto tanq̃ maiori: subiungit minorem: sed quid est & quia ẽ non sic se hñt, quoniam neutrum neutrius ẽ pars, non. n. quid ẽ: vniuersale totum est ad quia est, nec econtra. Quare si ipsius quid est: est definitio: illius non poterit esse demonstratio: & sic nec econtra. Patet ergo solu. dubitationis.

Com. 23.

Q

⸿ Patet igitur nec eius demonstrationem esse cuius est diffinitio, nec eius omnis diffinitionem, esse,

A *cuius est demonstratio. Quibus efficitur, ut omnino cuiusquã eius dẽ utrũq; haberi non possit, quare perspicuum est, neq; idem esse diffinitionem demonstrationemq;, neq; alterum in altero esse. Nã ea quæ subijciuntur similiter profecto sese haberent. Sed de his hactenus, satis enim de bisce diximus dubitando.*

¶ Manifestum ergo quoniam neq; cuius definitio est, huius omnis demonstratio est, neq; cuius demonstratio est, huius omnis definitio est. Quare omnino eiusdem nullius contingit utraq; habere. Manifestum itaq; q. neque definitio & demonstratio idem erunt, neq; alterum in altero. Etenim subiecta similiter se haberent. Hæc ergo usq; huc dubitata sint.

Cõ. 24. ¶ Epilogat nunc quæ declarauit: & quæ ex declaratis sequuntur: & inquit. ¶ Manifestum ergo: quoniam neq; cuius definitio est: huius omnis demonstratio est: vt secun-
B do loco fuit probatum, neq; cuius est demonstratio: huius omnis definitio est, vt primo loco dictum est, deinde deducit quod ex his sequitur, & inquit. Quare omnino eiusdem nullius contingit vtraq; habere, scilicet demonstrationem & definitionem. Deducit etiam quod secundo loco ex dictis sequitur, & inquit. Manifestum itaq; q neq; definitio & demonstratio idem erunt, neq; erit alterum in altero, vt species in genere: & causam dicit: quia si essent idem: & alterum in altero esset: subiecta illarum. s. definibile: & demonstrabile similiter se haberent. s. q erunt idẽ: & alterum in altero erit Vsq; vero quantum processerit: inquit. Hæc ergo vsq; huc dubitata sint. Appellauit autem definibile subiectum definitionis: & demonstrabile subiectum demonstrationis, quia sub sunt illis considerationibus, quæ sunt definitio: & demonstratio. Et dixit vsq; huc de his esse dubitatum: quia more dialectici persoluit
C has dubitationes. s. dubitando, non asserendo.

Tex. 3. *¶ Nunc inuestigemus oportet utrum ipsius quid est, ratiocinatio sit demonstratioq;.*

¶ Ipsius autem quid est. utrum syllogismus sit, & demõstratio?

Cõ. 25. Continuatio. ¶ Quatuor proposuit problemata, de quibus vltimum (quod erat) quorũ est definitio, dissoluit: declarauitq; nõ esse idem secundum idem definibile atq; demonstrabile: Ex cuius solutione tertium determinauit: declarauitq; nõ esse idem demonstrationem, & definitionem: quo fit vt illorum problematum duo sint modo definita. At nũc ad primum transit. Vtrum scilicet definitio demonstretur:
Obiectio. nam hoc definito. Secundum apparebit. scilicet quo modo definitio in demonstratione cadet, & ita omnia erunt determinata. ¶ Sed occurres, quia Aris. videtur superfluus, nam (vt Philoponus exposuit) solutio præsentis proble-
D matis apparet ex solutione præcedentis. Si enim habemus q definibile secundum idem non sit demonstrabile: & q definitio non est demonstratio. Sequitur statim definitionem de definibili non esse demonstrabilem: quo fit: vt superfluũ sit problema istud per se disputare. ¶ Innuit The-
Sol. The. Tex. 22. cõmẽ. 92. mi. solu. asserens hoc problema rursus esse seorsum disputandum: quia controuersia dignum est, & huius causa est, quia (vt primo huius dictum est) triplex est definitio: Alia quidem demonstrationis conclusio: Alia demonstrationis principium: Alia tota demonstratio positione differens: ergo aliqua est definitio, quæ potest demonstrari. Et ideo dignum est dubitatione si definitio possit demõstrari: & quæ sit illa: & quis modus sit: quo demonstrabitur.

Sol. Phi. ¶ At Philoponus aliquo modo aliter dicit hoc problema non esse ex dictis solutum, quia dato q definibile secundum idem non sit demonstrabile: nec contra: adhuc est p se durabile si definitio de definito demonstrari possit. Est E
ergo problema si ipsius quid est syllogismus sit aut demõstratio: quod est quærere an definitio de definito demonstretur, vel syllogizetur.

¶ An non sit, ut nunc sermo noster supponit. Patet enim ratiotinationem quidem aliquid per medium de aliquo semper ostẽdere. Ipsum autem quid est proprium esse. & hoc ipso quid est prædicari. hæc autem conuerti necesse est. Nam si, a, sit proprium ipsius c, patet, b, quoq; ipsius, e, et, a, rursus ipsius, b, proprium esse. Quo fit ut omnia conuertantur mutuamq; prædicationem suscipiant. At uero si tam, a, competit ipsi, b, ut quid est ipsius quã, b, competat identidem ipsi, c, necesse est tum, a, de, c, prædicetur, ut quid est ipsius. Quia si non hoc pacto bis illud quispiam sumpserit, nulla sane necessitas omnino compellet ut, a, de, c, ut quid est ipsius dica- F
tur. Vt si, a, quidem. ut quid est ipsius, b, competere dixeris, b, uero non eodem modo de quoibet, c, prædicaueris, quare non solũ, a, de, b, dicatur oportet, ut quid est ipsius, sed, b, quoq; de, c, modo eodem prædicetur necesse est.

¶ An non est, sicut nunc ratio supposuit. Syllogismus enim aliquid de aliquo demonstrat per medium, sed quid est & propriũ est, & in eo quod quid est prædicatur. Hæc autem necesse est conuerti. Si enim ipsius, c, proprium est, a, manifestum q. & ipsius, b, & hoc ipsius, c. quare omnia sunt adinuicem. At uero & si, a, in eo quod quid est, omni, b, inest, & uniuersaliter, b, de omni, c, in eo quod quid est dicitur, necesse est &, a, in eo quod quid est de, c, dici. Si autem non sic aliquis accipit duplicans, non necesse erit, a, de, c, prædicari in eo quod quid est, Vt si, a, quidem de, b, in eo quod quid est, non autem, b, de quocunq; in eo quod quid est. Si autem ipsum quid est utraq; habebunt. erit ergo &, a, de, c, in eo quod quid est. At particula supp. Si particula suppleta In græco ii. loco, a, legitur, b, & male legitur. In græco sic legitur. Ipsum autẽ qd est utraque habebunt.

G
¶ Soluit nunc problema, asserens ipsum quid est non de- Cõ. 26.
monstrari de definito, nec syllogizari: inquit. ¶ An non est scilicet ipsius quid est demonstratio: nec syllogismus: sicut nunc nostra ratio supposuit: Debes scire Arist. in solutione proximi problematis supposuisse definitionem demonstrationis esse principium: & indemonstrabilem, quia si esset demonstrabilis: tunc (vt dixit) principiorum esset principium: & ita in infinitum. Propterea dicit nunc verificando suppositum q definitio sit indemonstrabilis. Pro veritate ergo solutionis accipit quatuor suppositiones. ¶ Prima est: q omnis syllogismus aliquid de aliquo ostendit per certum medium: vtpote prædicatum de subiecto per certum medium. Et hoc inquit. Syllogismus. n. aliquid de aliquo demonstrat per medium. ¶ Secũda est: q definitio est prædicatum conuersim de definito in eo quod quidem: vt primo libro topicorum est dictum, dicitur quidem prædicatum loco generis: quia omnis definitio est prædicatum, & non econuerso. Dicitur conuersim ad differentiam generis: & accidentis: quæ sunt prædicata, non conuersim: dicitur in eo quod quid est ad differentiam proprij: quod non prædicatur in eo quod qd est, inquit. Sed & inquit est & proprium est: hoc est conuertibile: & in eo quod quid est prædicatur. ¶ Tertia est: si definitio de definito syllogizetur: oportet maiorem & minorem terminum & medium inuicem conuerti: inquit. Hæc autem necesse est conuerti. s. si definitio de ipso definito syllogizetur, nam si ipsius, c, proprium est. a. hoc est si. a. conuertitur cum. c. vt necesse dicere, quia est. a. ipsius definitio: manifestum q & ipsius. b. proprium etiam con- Quatuor suppõnes Aris. pro solone accipit. H Pria suppositio. Secunda. Tertia.

I uertibile erit:& hoc.b.necesse est etiã esse propriũ ipsius c.quare omnia sunt adinuicẽ conuertibilia. ¶ Philoponus verò asserit hanc non esse tertiam suppositionẽ: sed probationem secundę. Accepit.n. definitionem esse propriũ: ideo hoc probat:ex eo quia connertitur. ¶ Expositor autem arbitratur Arist. in hac probatione syllogizasse intentum ex illis duabus suppositionibus. ¶ Quod non placet. Nam Arist. clare probat illa tria cõuerti: quod est tertia suppositio. ¶ Quarta suppositio est ꝙ si debet syllogizari aliquid de aliquo: vt illius definitio. verbi causa.a. de.c. vt eius definitio : debet syllogizari duplicato quid est, quia semel assumpto ad prædicatum vt ad.a.& semel ad mediũ, vt ad.b. hoc pacto: videlicet omne.b. est.a. vt quid est, omne.c.est.b. vt quid est. Igitur omne.c.est.a.vt

Quid Phi. de.3.suppositione, Sã. Tho.

Refutatio Quar. suppositio.

K quid est: nã si duplato quid ẽ. Sequitur.c.esse.a, vt quid ẽ, inquit. At vero & si.a.in eo quod quid est omni.b.inest, & vniuersaliter.b.de omni.c.in eo quod quid est, dicitur: terminis & propositionibus sic stantibus, necesse est &.a. de.c.in eo quod quid est dici. Si autem non sic aliquis accipit ipsum quid est duplicans: non necesse est.a.de.c.prædicari in eo quod quid est. Verbi causa: si.a. quidẽ de.b. vt quid est prædicetur: ipsum vero.b.nõ de quocunq; .c. prædicetur: vt quid est, supple non sequitur.a.vt quid est prædicari de.c. Ideo addit. Si autem ipsum quid est vtraque habebunt, scilicet maius extremum & medium mõ. quo diximus. Erit ergo &.a.de.c.prędicatum in eo quod quid est. In græco Codice sic legitur. Erit ergo.a.de.b.in eo quod quid est. Et vt mihi videtur, error est in libro:& loco.b. legi debet.c. Vt græci legunt. Verba autẽ illa si autem ipsum quid est vtraq; habebunt. In græco non sic

Verborũ expositio.

L leguntur. Sed hoc pacto. Ipsum autem quid est vtraq; habebunt. Et Philop. per vtraq; intelligit vtrasq; propõnes: scilicet.a.b.&.b.c. quia non solum.a.b. propositio. Sed & b.c. habere debet quid est. Et intelligit ꝑ aũt certe, vt sit q̃si nota illationis. Vnde secundũ Philoponũ debẽt tex. sic legi. Si autem non sic accipit aliquis duplicans: non necesse erit.a prædicari de.c.in eo quod quid est. Post positis autẽ verbis exẽplificatiuis, infert suppositionem ipm certe quid est vtraque habebunt. Erit ergo.a.de.c. in eo q̃d quid est. Verba autem illa vt si.a.quidem de.b. interponũtur (vt exemplũ in contraria suppositione) quasi velit per illa ꝙ si nõ sic disponantur termini, ipsum.a. (vt q̃d est) de.c.non prædicabitur. Sic legit Philop. & non male: tamẽ (vt nos legimus) textus clarus est. ¶ Sed hic sunt dubitationes non leues. Prima quia videtur posse syllogiza

Dubõnes Primã.

M ri definitionem de definito sine dupla ipsius quid est acceptione. Potest.n. animal bipes de homine syllogizari per animal rationale, & tamen animal bipes est definitio hominis. Sequitur.n. Omne animal rationale est animal bipes. Omnis homo est animal rationale. Ergo omnis homo est animal bipes. Ecce ꝙ animal de homine syllogizatum est, & est definitio. Igitur definitio syllogizari potest de re, cuius est definitio sine dupla acceptione ipsius q̃d est. ¶ Præterea videtur sufficere vna ipsius quid est acceptio: quia sequitur: Omne animal rationale est animal bipes: vt quid est. Homo omnis animal rationale est. Ergo omnis homo animal bipes est, vt quid est. Ecce quod definitio, vt quid est: syllogizatur siue illa duplicatiõe. ¶ Insuper (vt probauimus primo priorum) omnis sylls reduplicatiuus, reduplicat: aut medium: aut minorẽ extremitatem. Non.n. potest reduplicare maiorem extremitatem,

Secũda.

Tertia.

quia esset inutile, & falsum: & intelligibile, vt Arist. illic ꝓbat, & quouis mõ fiat: reduplicatio non potest addi nisi propõni maiori, & ad prædicatũ illius, vt Aris. ibidẽ probat. ¶ Ex his sequitur magna dubitatio: cũ.n. ipsum quid est, nec medium sit, nec minor extremitas: non videtur facere syllogismũ reduplicatiuũ. Preterea si faceret: nõ deberet addi, nisi maiori: & prædicato. Ergo vr̃ Arist. sibijpsi cõtrarius. ¶ Hæ sunt dubõnes mihi non leues: nec has legi in aliquo libro. Propterea in harũ solutione pro libenter præceptorẽ audirẽ. ¶ Animaduertendũ ergo primã & tertiã dubitationẽ non multũ esse difficiles: quia Arist. nõ negat definitionẽ de definito demonstrari posse absolute quia (vt docuit primo huius) vna definitio est: quæ est demonstrationis conclusio. Altera quæ est demonstrationis principiũ, & ita definitionẽ demõstrari de definito est necessariũ. Sed intentio Arist. est hic probare ꝙ definitio non possit demonstrari de definito: vt est definitio: quod est dicere (vt Philop. exponit) ꝙ non possumus demonstrare animal bipes, esse hominis definitionem. Nemo.n. dubitare debet animal rationale demõstrari posse de homine, q̃a vel ꝑ propriã hominis passionẽ: vel per aliã definitionẽ, vel per definitionẽ definitionis. ¶ Sed tota dubõ nostra est, si põt animal bipes demõstrari esse hominis definitionẽ: vel vtrũ possit animal bipes demõstrari de homine, vt quid est: vel vt definitio hominis: & Aris. ꝓbat. hoc fieri nõ posse (vt videbit). Ex his sequit̃, ꝙ si debeat syllogizari animal bipes de homine: vt definitio. In ꝓpõnibus sylli omnibus vel aliq̃ addi debet verbũ illud vt definitio: vel verbũ illud: vt quid est: quod idẽ sonat, alioqn non habebitur de hoie animal bipes: vt q̃d est: vel vt definitio: vel animal bipes esse definitionẽ hominis: quę eadẽ sonat. Et sic diluit̃ prima dubõ. ¶ Pro solutiõe tertię græci videntur facere differẽtiã inter reduplicatiuũ syllogismũ, & duplatiuũ: nã reduplicatiuus dr̃: qui aut mediũ: aut minoris extremitatis est replicatiuus: vtpote q̃n reduplicat mediũ vel minorẽ in ꝓpõne maiore, & ex parte ꝑdicati: & de hoc posuit Aris. præcepta in lib. priorũ. Duplatiuus vero vel duplãs sylls est: q̃ bis aliquid in ꝓpõnibus, vel qui in vtraq; ꝓpõne aliquid idẽ accipit: sicut hic, q̃ in a.b.& in.b.c. ꝓpõnibus vtrisq; accipit verbũ illud: vt q̃d est: aut vt definitio: & hoc pacto appellãt ipm gręci duplãtẽ sylm. Fit aũt hic sylls ad syllogizandũ aliquod prædicatũ specificatũ de aliquo subto: vt si velemus ꝓbare de homine ꝑdicari de pluribus vt vl'e: acciperemus bis verbũ vt vl'e, hoc pacto, spẽs prædicatur de pluribus: vt vl'e, Homo est spẽs vt vl'e. Hõ prędicatur de pluribus: vt vni- Q

N

Ca.35.primi priorũ

Difficultas dubõnum. Solo ad primã dubitationẽ.

Tex.22.

O

P

Aduertit Sylli duplicatiuũ & sylli reduplicatiuũ s̃m græcos.

uersale: eodẽ mõ ad syllogizãdũ aı̃al bipes: vt q̃d ẽ de hoı̃e ꝓbatio ẽ alicuius specificati de aliquo. Et iõ duplãdo illud specificãs, dicetur sylls duplatiuus: vel specificatiuus. ¶ Possumus & aliter dicere reduplicatiuũ syllm esse duplicẽ: veluti duplex est reduplicatio, aut rei: aut intẽtionis, rei quidẽ est quoties subiectũ reduplicatur ex parte ꝑdicati,

Reduplicatiuus sylls duplex.

A cati, vt si dixero animal est Orthographus inquantũ grãmaticus. Reduplicatio intẽtionis est: nõ qñ subm: aut pdicatũ reduplicat. Sed qñ additur pdicato aliq intentio, rõne cuius prædicatũ verificat de subto, veluti si dixero, hõ est species vt vlis: quo fit: vt sylls bifariã reduplicatiuus sit rei quidẽ: & intẽtionis: rei est duplex, vt Arist. dixit primo priorũ: aut medij aut minoris: nã reduplicatione maioris nullus vtilis est, vt ibi Aristo. exposuit: reduplicatione intentionis est: nõ qui aliquẽ syllogismi terminũ reduplicat. Sed aliquã intentionẽ in propõnibus duplat: vt syllogizet prædicatũ specificatũ de subiecto, veluti in ppo sito nostro: qa volumus syllogizare de homine animal bipes (vt quid est) siue (vt definitio) reduplicamus ipsum quid est vt animal bipes specificatũ p quid est verificetur de homine. Hic ergo sylls est duplicatiuus intentionis, &

B Ad secũdum sic delet tertia dubõ. ¶ Restat ergo qõ in secũda, cur videlicet requirat illa duplatio intẽtionis: cũ ex vna sola illius acceptione in pdicato maioris sufficiat. Hæc. n. qõ est mihi nõ leuis. Ab Arist. n. nõ plus habemus nisi q si duplatio illa nõ fieret: ipsum qd est vt definitio de definito nõ syllogizabit, hoc. n. valde diminutũ est: qa vr posse syllogizari p vnã solã illius acceptionẽ in. a. b. ppõne. ¶ Ex verbis igit Themistij, & Simplicij: & Philoponi colligẽdũ esse arbitror quod qd est, vt definitio. Syllogizari nõ posse de eo cuius est: nisi ad pdicatũ addat verbũ vt qd ẽ: vel vt definitio, nã sine illius assumptione quod quid est de eo cuius est, nõ, vt definitio syllogizabit sed absolute, & ita nõ haberemus ipsum quod quid est esse eius definitionẽ: cuius est quod qd est, sine ergo acceptiõne verbi,

C vt quid est in ppõne. a. b. sylls noster esse nõ põt. Restat nũc assignare cãm cur in. b. c. ppõne ipsum (vt qd est) sit replicandũ, & dicamus hoc esse: qa qñ aliqd prædicatũ de aliquo subiecto pdicatur aliquo addito, & subm illud eodẽ addito iterũ de alio subto pdicatur: necesse est illo addito primũ prædicatũ de vltimo subto pdicari: vt si. a. de b. ipso. d. addito pdicatur, & b. de. c. eodẽ addito, iterũ pdicatur. a. de. c. illo. d. addito necesse est pdicari. At vbi primũ prædicatũ. s. a, de primo subto. s. b. pdicaretur. d. ipso addito: & b. pdicaretur de. c Sed non. d. ipso addito: non oportet. a. pdicari illo addito de. c. Substãtia. n. de animali vt genus pdicatur. Hæc. n. vera est animal est suba: vt genus. Sed qa non accipitur animal vt genus pdicari de homine: iõ nõ sequit hominẽ esse substantiã: vt genus pdica

D ri de homine: iõ nõ sequr hominẽ esse substantiã, vt genus. Quare si animal bipes: vt definitio syllogizabit de homine: debet pdicari de animali rõnali, vt qd est: vel vt definitio, & animal rõnale de homine vt qd est. Sic. n. sequit animal bipes vt quid est pdicari de homine: qa (vt Philop. inqt) qcquid est definitio definitionis est definitio definiti: qbus sit sylls nõ esse vtile ad ppositũ si solũ. a.

Quæstio. b. ppõni adderet. ¶ Sed adhuc qres cur in syllo reduplicatiuo reduplicatione rei nõ reqritur illius rei in vtraq ppõne acceptio. ¶ Cã est: qa additio intẽtionis est quasi di-

Respon. minuẽs: illa rei nõ: hac rõne intẽtionis additio dupla eẽ debet, non aũt illa rei. Cũ. n. illa intẽtionis sit qsi diminuẽs: nisi medio adderet: fiet qsi sylls in qtuor terminis cõmittẽdo paralogismũ accñtis. At in additione rei nulla fit diminutio: nõ ergo oportet addere eã in vtraq. Hæc mihi videtur, & fuerũt mihi nõ facilia. Verũ si melius occurret

Notandũ. nõ recusabo aliter dicere. Satis. n. mihi fuit mõstrasse locũ. ¶ Animaduerte tñ syllm duplãte fieri posse intẽtione ad-

E dita ad vtrãq ppõnẽ, nõ tñ ad alterã earũ bis, possumus n. sic syllogizare. Spẽs pdicatur de pluribus vt vlẽ. Hõ est spẽs: vt vlẽ. Ergo hõ pdicatur de pluribus vt vlẽ. Silr valet. Animal rõnale est animal bipes: vt q d ẽ: Hõ est animal rõnale vt qd est, ergo hõ est animal bipes: vt qd est. Alij aũt volũt sic esse syllogizandũ: Animal rõnale: vt qd est, ergo animal bipes vt quid est. Sed istud nõ refert: nã ipsum, vt qd est: si nõ adderet, nisi semel a parte pdicati: cõcluderet sylls ipsum animal bipes esse ipsius hominis, vt qd est. ¶ Sed dices tũc aliquid bis sumptũ ingrederet

Obiectio. Solutio. cõclusionẽ. ¶ Et solutio est: hoc nõ esse absurdũ, qa illud bis sumptũ nõ accipitur: vt mediũ, sed, vt specificatio pdicati: & medij: quã ingredi cõclusionẽ, phibet nihil: immo in distractiuis necesse est vtriq addi, si debet in cõclõne addi. Ex his colliget hæc qrta suppõ, q si quod qd est

F syllogizabit de eo cuius est: vt qd ẽ, & vt definitio oportet ipm vt qd est in vtraq ppõne semel saltẽ accipi, videlicet: in. a. b. & in. b. c. Nã sic sumpto: seqtur. a. pdicari vt qd quid est de. c. & illo nõ sic sumpto: nõ sequitur.

¶ Hæc. n. ita sint, si in utreq; rõcinationis interuallo ipsum quid est quidditasq; sumatur, quidditas nimirũ antea quã concludatur, in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur. Atq; omnino si fieri potest, ut ostendatur quid nam sit homo, sit, c, quidem homo, a, uero quidest ipsius, siue sit animal bipes siue aliquid aliud. Si igitur huiusce ratiocinatio fiet, necesse est. a. de quolibet, b, prædicetur. Hoc autem erit alia media inter, a, & c, ratio, quæ quidem etiam quid est ipsius hominis erit. Sumitur igitur id profecto quod demonstrare oportet, b, nãq; diffinitio ipsius hominis est.

Aĩal bipes vt quid est A — Animal rõnale vt quid est B — Homo C

G *¶ Si igitur quod quid est, & quid erat esse utreq; habent, in medio termino erit prius quod quid erat esse, & omnino si est demonstrare quid est homo, sit, c, homo, a, uero quid est siue animal bipes, siue aliquid aliud. Si ergo syllogizatur, necesse est, a, de omni, b, prædicari, huius autem erit alia media rõ, quare & hoc erit quid est homo. Accipit igitur quod oportet ostendere. Etenim, b, est quid est hoĩs.*

Com. 2. ¶ His quatuor sumptis. Nunc ostẽdit ppositũ. s. q definitio demõstrari nõ possit de definito (vt quid est) nã si quid est demõstrari possit de definito.

H Maius extremũ de medio: & mediũ de minori extremo. vt quid est necesse est prædicari.

Hæc consequentia patet ex tertia & quarta suppositione. Vltra si maius extremũ de medio, & medium de minori extremo ut quid est prædicatur. In medio termino erit prius quod quærebatur. s. quod quid erat esse, quare cũ consequens sit absurdum. Primum antecedens erit absurdum: non ergo potest definitio vt quid est de ipso demonstrari: inquit. ¶ Si igitur quid est: quod alio verbo ẽt quod quid erat esse dicitur: vtraq interualla habent. s. ita q extremũ maius de medio, & mediũ de minori extremo: vt quid est prædicetur. In medio termino erit prius quod quid erat esse: & ita sumetur, quod quærebat. Deducit consequentiã in terminis, & inquit. Et omnino si est demõstrare quid ẽ homo, sic. c. homo. a. vero quid est ipsius. sup Poste.

I filius hominis:siue tale hominis quid est:sit animal bipes, siue aliquid aliud.f. animal rõnale terminis sic collocatis: inqt.Si ergo syllogizatur: scilicet.a.de .c. hoc est animal bipes de homine:vt qd est,necesse est.a.de omni.b.prędicari:vt qd est p tertiã & quartã.Huius autẽ erit alia media rõ,hoc est:qđ quidẽ.b.erit huius.f. ipsius.c. alia media rõ.i.alia definitio quasi mediãs inter.a.primã rõnẽ:& c.minorẽ:& quia.b.erit quędã media rõ inter.a.&.c.erit & illa qd est hõ:videlicet rõnale animal.Quare si.a de.b. vt qd pdicatur:&.b.vt rõ media pdicatur de.c.& ita iterũ vt qd:demõstrans accipit in medio termino,qđ oportet oñdere.Etenim accipit.b.qđ est qd est hominis: & ita

Dubium. K eius erit petitio:qđ principio qrebaẽ.¶ Sed occurres Aris. accepit q̃tuor suppõnes,quarũ prima erat syllm esse alicuius de aliquo p mediũ.Scđa fuit,definitionẽ esse pdicatũ conuersim in eo qđ quid est.Tertia fuit:q ad syllogizandũ definitionẽ de definito,oportet oẽs terminos sylli esse cõuertibiles. Quarta fuit ad syllogizandũ qđ qd est de eo,cuius est,oportet accipi ipsum vt quid est,in vtroque interuallo sylli.Postea cũ pbauit propositũ.f.nõ posse definitionẽ demõstrari de definito p syllm.visus est qrta

Solutio. ta tm:& ita cæteræ videtur superfluæ.¶ Et dicendũ, oẽs illas suppõnes fuisse necessarias:tertiã quidẽ & quartam ad vsum pbationis:nã in pbatione necessariũ est supponere nõ posse syllogizari definitionẽ de eo, cuius est,nisi p mediũ conuertibile cũ vtroq; extremo: & huic seruit tertia suppõ:iterũ necessariũ est.Supponere.b.cõuertibile cũ c.&.a.cũ.b.habere ipsum quid est:nã(vt dictũ est)nisi in

Com. 40. ¶ Dictum est diuisionem non esse syllogismum. Contra quia diuisio fit ex duobus processibus. Primus sumit pro concesso hominem esse animal: & postea accipit, omne animal esse mortale vel immortale: ex concesso pro minore, & assumpto pro maiore sequitur hominem esse mortalem vel immortalem. Secundus sumit a respondente hominem non esse immortalẽ, & ita argumentatur, Omne animal est mortale vel immortale: & homo non est immortalis: ergo est mortalis. Vbi patet primum processum esse syllogismum: qui tamen est diuisio: vel diuisiuæ Methodi pars. ¶ Respondet Aristo. Dicet enim & demõstrabit per diuisionem sicut opinatur ipse diuidens cum syllogizat: quoniam omnis homo est mortale: aut immortale, & sic legit Simplicius, nam in verbis græcis non legitur verbum animal: vtpote sic argumentans. Omne animal mortale aut immortale. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est mortalis vel immortalis. Philoponus illi verbo omne, quod græce est πᾶν, suppleuit animal: & tunc lege sic. Etenim diuidens cum syllogizat, dicet & demonstrabit per diuisionem omnem hominem esse mortalem vel immortalem: quoniã animal aut mortale: aut immortale est: & supple omnis homo est animal: dicet & demonstrabit: non propria demonstratione t sed vt opinatur demonstrare, quia sibi videtur demonstrare. Verum huiusmodi vniuersa oratio: quæ est cathegorica de prædicato disiuncto: non est definitio: & addit: quare etiam si concedamus: quod ostenditur aliquid ex diuisione non sit tamen ex diuisione demonstratio definitionis: quoniam neq; definitio sit syllogismus: id est cõclusio (vt exponit Philop.) Sic igitur diuidens nõ syllogizat: & dato q̃ syllogizat: syllogizat vnam cathegoricam de prædicato disiuncto: quæ non est definitio. & dato q̃ tota diuisiua Methodus, quæ constat duobus processibus, aliqd ostendat definitio, quã demonstrat, non est syllogismus, hoc est conclusio. Non enim demonstrat ipsam vt quid est. ¶ Debes scire q̃ tam diuidens q̃ inducens aliquid ostẽdit: vterq; tamen sumit a respondente: diuidens enim sumit a respondente primum genus de definito: verbi causa q̃ omnis homo sit animal. Deinde accipit q̃ omne animal aut mortale est: aut immortale: ex his conclud t: q̃ omnis homo mortalis vel immortalis: deinceps in secundo processu sumit: q̃ homo non sit immortalis ab ipso respondente: & demum infert q̃ omnis homo est mortalis, quare animal mortale. Inducens vero accipit Socratẽ currere, & Platonem currere: & Ciceronem. Sed q̃ alij omnes similiter: sumit a respondente: vel q̃ isti sint omnes homines: vel quod omnis homo sit Socrates: & Plato, & Cicero, & nullus alius: etiam sumit a respondente, & ita tam diuidens: q̃ inducens aliquid ostendit: vterq; vero petit, aut aliquid a respondente: aut id: quod in principio quærebatur. Diuidens enim petit a respondente: aut quod est æque notum: aut quod est conuertibile, & ęqua le. Inducens vero petit: quod a principio quærebatur: quia sumit a respondente conclusionem formaliter: antequam inferat eam: vtpote cum dicit, & sic de singulis, vel aliquid tale.

E

F

Notandũ. G

H

¶ Sed ne fieri potest ut ipsum quid est, accommodatum substantiæ demonstraretur, ex suppositione tamen, hoc pacto, ut accipiatur id quidem propriũ quod ex hisce constat, quæ hoc ipso quid est, prædicantur, diffinitionem esse, hæc autem sola dicto prædicari modo, totumq; quod ex hisce constat proprium esse. Id est enim illius nimirum ratio.

Tex. 5. *¶ Sed utrum etiam sit demonstrare quod quid est secundum substantiam ex suppositione tamen, accipientem ipsum quidem quid erat esse, id esse, quod ex his est, quæ in eo quod quid est, sunt proprijs. Hæc autem in eo quod quid est sola, & proprium omne. Hoc enim est esse illi.*

I

Hois qđ quid est | Propriũ hois qđ de hoĩe vt qđ est dr̃. | Aĩal bipes rõnale mortale.
A | B | C



Com. 41. Expõ tne. Quid sit syl'us diffinitiuus.

⁋ Transit in aliud problema: quod secundum Themistiũ sic intelligitur: Vtrũ definitio possit demonstrari de definito per syllogismum definitiuum: est autem syllogismus definitiuus ille, qui definitionem definitionis pro medio accipit: verbi causa, definitio definitionis hominis est, proprium hominis, quod de homine: vt quid est, dicitur. erit ergo syllogismus. Omne propriũ hominis, quod de homine vt quid est: dicitur: est hominis quod quid est. Animal bipes rationale mortale est proprium hominis, quod de homine prædicatur: vt quid est: Ergo animal bipes rationale mortale est hominis quod quid est. Quærit ergo vtrum definitio de definito demonstrari possit per syllogismum definitiuum: inquit. ⁋ Sed vtrum etiam sit demõstrare quod quid est secũdum substantiam. i. essentiale de definito ex suppositione tamen, sit demonstrare dico accipientem ipsum quidem quod quid erat esse: id esse: qđ ex his proprijs est: quæ in eo quod quid est, sunt quasi dicat: ita vt accipiens sumat, quod quid erat esse: scilicet hominis est illud, quod ex his proprijs est: quæ in eo quod quid est: sunt, & hanc tanq̃ maiorem. Hęc autem. s. animal bipes rationale mortale sola sunt in eo quod quid est, & omne ex his compositum est proprium, & hanc accipiat tanq̃ minorẽ. Et concludo: ergo hoc totum, videlicet animal bipes rationale mortale est illi: scilicet homini esse atque ratio, vbi patet: verbum. n. illatiuum esse quærit ergo vtrum hoc pacto ex definitionis definitione possit definitio de definito demonstrari. Appellat autem Aris. hunc syllogismũ ex suppositione definitionis, definitionis. Nõ n. dicitur hic syllogismus ex suppositione, cum sit categoricus: sed dicitur ex suppositione: quia in ipso supponitur definitio definitionis, & hoc pacto etiam Philoponus exposuit, & Simplicius: licet obscure.

K

L

⁋ An & hic rursus sumitur diffinitio, necesse est enim per mediũ ipsum ostendere.

⁋ An iterum accipit quod quid erat esse, & in hoc, necesse est. n. per medium demonstrare.

C6. 42.
M

⁋ Respondet definitionem de definito hoc pacto demonstrari non posse, q̃a in medio acciperetur quod quid erat esse: quod demonstrandum erat, accipitur quidem actu atque in propria forma, & non solum potentia. Cum. n. dicitur in minore animal bipes rationale mortale propriũ hominis est: qđ de homine: vt quid est, dicitur: nihil aliud est. q̃ constituere hominis definitionem esse animal rationale mortale bipes: quod quærebamus: inquit. ⁋ An iterum vtens hoc syllogismo accipit in medio, & in hoc syllogismo quod quid erat esse: necesse. n. est, hoc est: qđ quidem necesse est per medium demonstrare.

⁋ Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid ẽ ratiocinari, semper. n. tota uel pars est propositio ex quibus rõcinatio constat, sic neq; diffinitionem oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum a propositionibus esse. Atq; ut si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta necne, obuiandum est asserendo ratiocinationem esse extructam, id. n. ratiocinatio, sic & ad eum qui dicit non diffinitionem esse conclusam asserendum est diffinitionẽ esse conclusam. Id enim nobis supponebatur esse ratio diffinitionis. Quare necesse est & sine ratiocinationis & sine diffinitionis ratione, aliquid per ratiocinationem conclusum esse. N

⁋ Amplius sicut in syllogismo non accipitur quid est syllogizare (Semper enim tota aut pars est propositio ex quibus est syllogismus) sic neq; quod quid erat esse oportet esse in syllogismo. Sed seorsum hoc appositis esse: & ad dubitantem si syllogizatur uel non syllogizatur hoc, obuiando, quoniam hoc quidem erat syllogismus, & ad eum, qui dicit, quoniam sic quod quid erat esse syllogizatur quoniam sic. Hoc enim positum est nobis, quod quid erat esse, quare necesse est & sine ipso quid est syllogismus, aut sine quod quid erat esse, aliquid syllogizare. quidã est. O

⁋ Secundo hoc idem probat exemplariter (vt dicit Philoponus) hoc modo, quemadmodum non contingit in cõbinatione syllogistica sumi medium definitionem syllogismi. Sed alterum proprium & conueniens, quoniam ꝓpositio sumpta in syllogismo semper totum aut pars est idest semper velut maior sumitur: aut minor: ex quibus propositionibus fit syllogismus: sic neq; definitionem definitionis possibile est medium sumere terminum in demonstratione definitionis, in qua concluditur ꝙ hæc definitio animal gressibile bipes definitio est huius definibilis: scilicet hominis. Sed debet definitio syllogismi & definitionis seorsum a positis in mente seruari velut regula duplici de causa ad obuiandum contra dubitantem an sit syllogismus hic vel ne: quem fecimus: & hæc definitio: quam conclusimus sit definitio vel ne: & ad confirmationem, eius, qui dicit hunc esse syllogismum, & definitionem esse conclusam: vnde inquit. Sed seorsum hoc appositis esse oportet, scilicet definitionem definitionis: & definitionem syllogismi, & hoc duplici ratione, & ad dubitantem si syllogizatur: vel non syllogizatur hoc, obuiando: quoniam quidem hoc erat syllogismus asserendo & syllogizatum. Similiter ad dubitantem an conclusum sit definitio: asserendo contra ipsum, ꝙ est definitio. Et ad eum, qui dicit: quoniam sic quod quid erat esse syllogizatur: confirmando quoniam sic syllogizatur: similimodo & de syllogismo: confirmando esse syllogizatum si quis dixerit esse syllogizatum. Hoc enim & ad hoc ipsum quod quid erat esse syllogismi & definitionis positum erat esse, vt obuiemus: & confirmemus ex his concludit propositum: & inquit. Quare necesse est & sine ipso quid est syllogismus aliquid de aliquo syllogizare, & sine quod quid erat esse definitionis aliquid de aliquo vt quid est syllogizare. Secundum ergo Philoponum probatio est per exemplum. Potest tamen esse vis syllogismi, nam quod vt regula supponitur non accipitur in syllogismo: definitio definitionis: vt regula supponitur ad obuiandum & ad confirmandum: ergo in syllogismo non accipitur. ⁋ Quo vero ad verba attinet. Debes scire hunc textum esse in græco: & in latino valde fragmentatum. Propterea de licentia interpretis suppleui quædam verba, vt patet consideranti verba græca. C6. 43. P Q

⁋ At. n. neq; sic bene sese habebit ipsius quid est probatio, si ex suppõne etiã quispiã ipsum oñdat hoc pacto, si rõ mali ẽ diuisibile eẽ,

quibus

A *quibus aũt cõtrariũ,eorũ & rõ cõtraria est rõ cõtrarij atq; bonũ ẽ malo cõtrariũ, & indiuisibile diuisibili, rõ boni nimirũ est indiuisibile esse. Et hic.n. accipietis diffinitionem ostendit.*

tx.6. ¶ *Et si ex suppositione demonstraret: ut si malo inest diuisibile esse: In cõtrario autem est: quod in contrario et esse: in quibuscunq; est aliquod contrarium: Bonum autem malo contrarium est: & indiuisibile diuisibili. Est itaq; bonum quod est indiuisibile esse. Et.n. hic accipiens quod quid erat esse, demonstrat.*

Com.44. ¶ Transit ad aliud problema an scilicet definitio de definito demõstrari possit p syllogismũ hypotheticũ acceptum a loco contrarij, quẽ Themistius appellat syllogismũ a fictione & subiectione, q hoc mõ cõficitur: si definitio mali ẽ diuisibilitas: & contrarij cõtraria definitio ẽ, Dico in quibuscũq; reperit contrariũ, Bonũ autẽ malo cõtrariũ est: & indiuisibile diuisibili: ergo definitio boni est esse indiuisibile. Simul itaq; quęrit, & soluit problema cũ inqt.

B ¶ Et si ex suppõne: scilicet sumpta a definitione cõtrarij demonstraret: etiã sup. minime syllogismus valeret: cuius cãm dicit. Etenim hic idest in hoc hypothetico syllogismo demõstrat: accipiens qd qd erat esse, & ita acciperet (vt concessum) qd erat qsitũ. ¶ Animaduersione dignũ, vt ex Themistio accipit, vnũ contrariũ ita se habere ad ppriã definitionẽ, sicut alterũ ad suã: & ita ęqualiter boni rõ de bono ignota ẽ, vt illa mali de malo. Pręterea vt illa mali põt sumi pro medio ad syllogizandũ: illã boni de bono. sic cõtra illa boni accipi põt ad syllogizandũ eã quę est mali, de malo: ita (vt pbatio reciproca sit) cũ alterũ alteri mediũ eẽ possit & ecõtra. Est ergo secundũ Themi. spẽs petitionis eius, qd in principio q rebatur nõ in ppria forma: Sed in suo aequaliter ignoto: & reciproco. Philoponus aũt dicit eũ q hoc pacto syllogizat petere qd in principio: qa querebat definitionẽ: & accipit definitionẽ sine demõstratione. Nã volẽs oñdere definitionẽ boni eẽ qd indiuisibile: assumpsit vt cõcessum q definitio mali ẽ diuisibile: & ita petit qd in principio sumẽs vt cõcessum: qsitũ: oñdere.n. q hoc ẽ definitio huius: qa hoc ẽ definitio huius, principiũ petere est: cũ alterũ p alterũ ostẽdat, Hęc Philoponus & quasi innuit eẽ petitionẽ in ppria forma. Qui.n. pbat boni definitionẽ eẽ indiuisibile: quia definitio mali ẽ diuisibile, nõ scit definitionẽ mali eẽ diuisibile, nisi quia scit definitionẽ boni eẽ indiuisibile, cũ alterũ p alterũ ostẽdatur: & qrebat definitionẽ boni eẽ indiuisibile: ergo sumit (vt cõcessum definitionẽ boni) quã qrebat. Addit aũt Simplicius q dato hoc modo syllogizari posse definitionẽ de definito: regula non erit vniuersalis, qm non in omnibus habebit locum: Sed (vt dicit Aristo.) in solis contrarijs.

C (margin)

Philopo. (margin)

Simp. (margin)

D ¶ *Sumit aũt diffõnẽ ad ostẽdẽdã diffõnẽ. At sit aliq aliud. Et in demonstrationibus.n. aliquid de alio dici sumitur. Non tamen ipsum neque id cuius est eadem ratio atque conuertitur.*

¶ *Accipit autem ad demonstrandum, quod quid erat esse. Alterum tamen sit. Etenim in demonstrationibus est hoc de hoc: Sed non ipsum: neq; cuius est eadem ratio, & conuertitur.*

Com. 45. ¶ Dubitaret quispiã: nã accipiens definitionẽ mali ad syllogizandũ definitionẽ boni: non videtur sumere qd qrit, vt cõcessum, nã quærit definitionẽ boni sumit vero: ue concessum definitionẽ mali, mõ definitio.n. an quasi, vt concessum sumit, alterum qd ẽ a definitione boni, quam qrit: & ita qd quærit nõ vt cõcessum sumit: inquit. ¶ Accipit aũt ad demonstrãdũ qd quid erat eẽ: supple etiam qd quid erat eẽ. Alterũ tñ sit hoc ẽ nõ idẽ, sed alterum, nã sumit qd quid erat eẽ mali ad syllogizandum qd qd erat eẽ boni, & ita qd quæritur nõ sumitur: vt cõcessum. E

Expõ Simp. (margin) Respondet in omni demonstratione pdicatum eẽ de subiecto, verũ in demonstratione pdicati de subiecto non debet sumi ipsum pdicatum neq; aliquid, cuius scilicet pdicato eadẽ ratio ẽ, & conuertibile cum pdicato. Modo licet in offensione definitionis boni non sumatur definitio boni, sumitur definitio boni: sumitur definitio mali, p medio, cuius cum definitione boni eadẽ ẽ ratio: & reciproca, quoniam ita se habet ratio mali ad malum: vt rõ boni ad bonum: & sicut ratio boni de bono p rationẽ mali demonstrari potest: ita contra mali de malo p rõnem boni. Inquit. Etenim in demõstrationibus omnibus est hoc pdicatum de hoc subiecto: sed qd pro medio sumitur non est ipsum prædicatum: neq; ẽ id, cuius cum pdicato ẽ eadẽ ratio: & conuertitur cum prædicato. hoc ẽ neq; ẽ aliquod conuertibile cum pdicato, cuius cum pdicato ẽ eadem rõ: modo sic est in tali syllogismo, in quo pdicatum quod est definitio boni de subiecto, quod est bonum ostenditur. Nam licet nõ sumatur pro medio ipsamet boni definitio: sumitur mali definitio: Quæ eodẽ modo se habet ad malum: vt definitio boni ad bonum, & est quid conuertibile & reciprocum: cum alterum per alterum: mutuo syllogizari possit hoc pacto (vt mihi videtur) Simplicius intellexit hunc locum. Philoponus vero aliter textum intelligit: Nam in omni demonstratione sumitur quod quid erat esse: Ergo in omni demonstratione sumitur definitio vt concessum: & ita petitur. ¶ Respondet hoc non esse incõueniens: quia sumitur qd quid est esse subiecti, ad demonstrandum pdicatum de subiecto: & sic non est idem quæsitum & concessum, Quærimus enim risibile de homine: sumimus vt concessum animal rationale de homine. Modo hæc non idem sunt: Alterum.n. est risibile prædicatum quod quæritur de homine subiecto: & Alterũ definitio hominis: quæ vt cõcessa sumitur. Inquit. Accipit autem ad demonstrandum pdicatum de subiecto ipse demonstrans qd quid erat esse terminum medium. Alterum tamẽ sit ab eo pdicato: qd quærebat. Etenim: (vt inquit) vt demõstrationibus omnibus est hoc pdicatum, uidelicet risibile de hoc subiecto, scilicet de homine, sed mediũ qd sumitur, non est ipsummet pdicatum: neq; aliquid qd & cum prædicato conuertitur: & cuius cum pdicato ẽ eadem ratio: idest idẽ ratione. Quasi dicat medium in demonstrationibus non esse ipsummet pdicatum, nec definitionem conuertibilẽ cum pdicato, Sed definitionem subiecti cum subiecto cõuertibilẽ: & ita qd quæritur non sumit, vt cõcessum. ¶ Quo vero ad verba attinet: Dixit & conuertitur: quia (vt dicit Philoponus) aliquid põt esse idẽ ratione alicui non cõuertibile, vt substantia animata sensitiua idem est homini, nõ tñ cum homine cõuertitur: sed cũ animali. ¶ Ex his sequitur definitionem subiecti esse medium in demonstratione: non autem definitionem prædicati: Alioquin in demonstratione sumeretur, vt concessum, quod quæritur: Verum de his postea. Arbitror autem expositionẽ Simplicij magis ad mentem Aristotelis esse.

F (margin)

Expõ. Philop. (margin)

G (margin)

Verborũ expositio. H (margin)

An definitio subiecti medium sit in demonstratione. (margin)

¶ *Ad utrosq; aũt, quorum alter diuisione, alter tali rõcinatione ostẽdit, eadẽ ẽ dubitatio, cur hõ simul animal bipes greßibile, sed nõ aĩal seorsum, & bipes erit seorsum. Nulla nãq; neceßitas cogit ut ex his q sumuntur unum efficitur qd prædicetur, sed erit forsitan perinde atq; idem homo & musicus est & grãmaticus.*

I *Ad utrosq; autem & secundum diuisionem demonstrantem, & ad sic syllogizantem est eadem dubitatio: propter quid est homo animal gressibile Bipes: sed non animal & Bipes: ex acceptis .n. nulla necessitas est unum fieri: quod prædicatur: sed utiq; sicut idem homo erit & Musicus: & grammaticus.*

Com. 46. Nunc vero quadã cõi ratione refellit & eum: qui p diuisionẽ enititur, pbare definitionem de definitio, & eum, qui ex suppositione definitionis contrarĳ etiã intẽtat de definito pbare definitionẽ, et pponit hoc: & inquit. Ad vtrosq; aũt expositiue: & ad eum: q secundũ diuisionem demõstrat definitionem, & ad sic syllogizantẽ. s. ex suppõne definitionis contrarĳ ẽ eadẽ dubitatio: hoc est idem argumẽtum: quo refellitur vtraq; põ. Deinde exponit illam: verũ solum de oñdente definitionẽ p diuisionẽ: & din quit tñ nobis exponere: qñ eadem rõ facit cõtra eum, qui ex suppõne definitionis contrarĳ enititur pbare definitionem de definito. Ad diuidentẽ ergo sup. dubitaue rit qspiã: & vt exponit Philoponus, pp quid totũ cõpositũ ex tot differentĳs hominis est definitio hominis, & nõ vnaqueq; ipsarũ seorsum (vt animal seorsum) & gressibile seorsum, nõ.n. diuidens hæc omnia simul concludet: sed seorsum animal, seorsum gressibile: seorsum et Bipes. Ex acceptis.n. hoc est quantum est ex ipsa diuisionis natura nulla necessitas est vnum fieri, qđ prædicatur, idest nulla necessitas concluditur totã illã cõpositionẽ definitionẽ esse hominis & nõ vnũquodq; seorsum. Sed hæc expositio non vẽ cõueniẽs: Dicet.n. aduersarius vna diuisione non cõcludit illud totum: sed pluribus diuisionibus: quia vna cõcludetur hominẽ esse animal: alia hominem eẽ gressibile, alia vero hominem esse Bipes: omnibus vero concluditur tota cõpositio: qm̃ si hõ est animal: & gressibile: & Bipes: erit hõ aĩal gressibile Bipes. Propterea aliter expõit Philoponus: pp qđ (ut inqt) Est hõ animal gressibile Bipes pponendo gressibile ante Bipes: sed non animal & Bipes pponendo Bipes ante gressibile: nã ex diuisionis natura habetur q̃ differentia Prima, quæue Secunda esse debeat: etiam dato q; nihil derelinquat, nec transitũ faciat. Simili rõne ex diuisionis natura nec ordo patet. Hęc secunda expõ bona est: verũ põt vrbis textus omnibus accõmodari. Propterea saluo sp meliori iudicio aliter dicerẽ: Vbi debes scire diuisionẽ quantũ est ex ipsius natura nõ magis concludit vnũ prædicatum copulatum atq; cõpositũ: q̃ vnũ pdicatum simplex sine copulatione: ex natura.n. diuisionis non magis concluditur q; hõ sit animal gressibile, Bipes sine copulatione: q̃ q; hõ sit animal: & gressibile & Bipes cum copulatione seorsum assumpta, nam vbi concluderet diuisio pdicatum sine copulatione simplex concluderet pdicatum: Vbi concluderet cũ copulatione: concluderet cõpositũ, inqt. Dubitauerit.n. qspiã, ppter qđ est hõ animal gressibile Bipes sine copulatione: sed non animal & Bipes cum copulatione, Ex acceptis.n. quantum est ex natura diuisionis nulla necessitas est vnũ fieri. s. absq; copulatione, qđ pdicatur de ipso definito: sed vtiq; sit ex acceptis sicut idẽ homo erit & Musicus & grãmaticus cum copulatione. Debes ergo scire ex ipsius diuisionis natura non magis concludi vnum prædicatum abiunctum, q̃ copulatum, p diuisionem.n. non magis hẽtur q; hõ sit animal gressibile Bipes q̃ hõ sit animal: & gressibile, & Bipes. Præterea ex diuisionis natura non habetur ordo partiũ, non.n. magis habetur vt genus primo loco: dña secundo ponaſ, q̃ contra. Non.n. magis habetur vt hõ sit animal gressibile Bipes, q̃ vt hõ sit gressibile Bipes animal, vel Bipes gressibile animal. Præterea ex diuisionis natura non habetur cur tot differentiæ sint, ponendæ, & nõ plures, aut paucioees. vt cur homo est animal gressibile Bipes: & nõ animal Bipes, immo ex diuisionis natura omnes differẽtiæ deberent addi. Hæc cõtra diuidentẽ, subticuit autẽ declarare cur hæc dubitatio accidat ei: qui pbat definitionem de definito ex suppõne definitionis contrarĳ, qm̃ per se patet: Si.n. diuisibile est mali definitio: statim habetur definitionem boni esse indiuisibile, ergo quantum, est ex suppõne non habetur q; prædicatũ debeat esse copulatum: vł abiunctum, immo ex ipsius suppõnis natura nec simplicitas habetur: potissimum vbi plura contraria fuerint, nec ordo, nec numerus partium.

K Prima expõ Philopo.

Refutatio.

Secunda phi. expõsitio. L

Qualis ex põ Propriã expõ.

M

Nota de natura diuisionis.

O *Hæc aũt ita sint quonã pacto is qui diffinit substantiã, & ipsum quid est ostendet rei differendæ, neq;.n. ut is quid demõstrat ex hijsce quæ cõceduntur notũ faciet ipsum, ut cũ illa sint necessario aliquid aliud sit. Hæc.n. est demõstratio, neq; etiã ut is qui p singula nota inducit uniuersa. Ex eo sic se habere, quia nihil singuiorũ sese aliter habet. Nõ.n. qd est, sed eẽ, aut nõ esse ostendit. Quis igit alius modus restat. Non.n. sẽsu uel digito demõ abitur.* *Qualiter igitur diffinẽs demonstrabit substantiã, aut qd quid est, Neq;.n. sicut demõstrans ex certis. Manifestũ eẽ faciet, q; necesse est cũ sint, illa alterum aliquid esse, demõstratio.n. hoc est. Neq; sicut inducẽs per singularia, cũ manifesta sint, quoniã omne sic est, eo q; nihil aliter est. Non enim quid est demonstrat, sed quoniam est, aut non est. Quis igitur est alius modus reliquus, Non enim demonstrabit sensu, aut digito.*

Com. 47. In præsenti textu Aristo. quasi epylogando ostendit, q; non est posse demonstrationẽ ostendere: neq; p demõstrationẽ sine syllogismum: neq; p inductionem: neq; p sensum & hoc pponit: & inquit. Qualiter igitur definiens demonstrabit: hoc est ostendet Substãtiam, aut qđ quid est supple de ipso definito. Et per substantiam, vt inquit Philoponus intelligit naturalem definitionem, p qđ quid est, intelligit formalem: nam Aristo. duplicem naturam nouit materiã. s. & formam: ideo duæ sunt definitiones. Altera materialis: Altera formalis. Deinde pbat hãc conclusionem, definiens non demõstrat definitionem de definito, neq; syllogizat, pbatur demõstrans, & syllogizans quibusdam concessis notũ facit, qđ p ipsam de necessitate ostenditur. Definiens non facit notum quibusdã cõcessis: ergo definiens non demonstrat: neq; syllogizat: inquit. Triplici existente ostensione: aut demonstratiua, aut inductiua, aut sensitiua: neq; vt demonstrans notum faciet. s. definitionem de definito. Dico (vt demõstrãs ex certis. s. concessis ppositionibus) atq; firmis ex se fidem habẽtibus, vt q; necesse sit illis existentibus: idest talibus ppositionibus sumptis alterum quid esse, idest talẽ conclusionem esse. Demonstrationis.n. hoc est proprium dico. s. sumere tales ppositiones: & ex talibus ppositionibus talem concludere conclusionem. Secundo pbat q; definiens non inducit definitionem de definito: pbat primo inducens per singularia manifeste existentia vniuersale confirmat. Definiens vero non sic ostendit: ergo definiẽs non inducit: inquit. Neq; rursus põt quis ostendere definitionem sicut inducens per singularia, cum manifesta sint: qui supple inducit: qm̃ omne sic est, idest, qui inducit vniuersale eo q; nihil aliter est, vt qm̃ hic hõ currit, & ille, & nullus ẽ quin ille curratːergo omnis hõ currit:

P

Q

vd

A vel legẽ sic: Neq; sicut inducens supple põt ostẽdere definitionem:idest vtẽs inductione ostẽdit p singularia nota existentia, vt q omne animal inferiorẽ mandibulã mouet, eo q nihil aliter est, idest eo q nullum ẽ animal aliter se habens:hoc est qđ non moueat mandibulã inferiorem:Secundo hoc idẽ ꝓbat:quia inducẽs demonstrat eẽ: aut nõ esse, definiẽs vero neq; esse, neq; nõ eẽ demõstrat, ergo definiens non inducit, inquit sup. definiẽs nõ inducit:non.n.quid est demõstrat:sed esse vel nõ esse: idest affirmationẽ:vel negationẽ, Vel intellige sic, non.n. quid ẽ demonstrat ipse inducẽs hoc est determinate quid est sed qm̃ est, vel non ẽ indifferẽter: Qui.n. inducit non oñdit determinate quid ẽ:sed indifferẽter negationẽ & affirmationẽ:cum inductio cõmunis Via sit & negationi & affirmationi:at definitio ꝓpria est Via ipsius quid ẽ. Vel lege sic secundũ Philoponum: Inducẽs.n. non ostẽdit quid est idẽ naturã rei, sed q res inest, aut nõ inẽ:definitio

B vero est natura & formã rei, qm̃ ergo neq; p demõstrationẽ:neq; p inductionẽ põt quis ostẽdere definitionẽ: Ideo quærit, qs igitur ẽ alius modus reliquus:nunqd qui p sensum:Respõdet hoc eẽ impoĺe:& inquit. Nõ.n.demõstrabit sensu:aut digito:non sensu quidem:qm̃ definitũ & de

Quomodo syllis expositorius vel resolutorius mõstretur digito.

finitio non sunt sensibilia, Sunt.n.vl̃ia:neq; digito:qa nõ syllogismo expositorio vel resolutorio:qui digito fit, cũ fiat hoc pacto hoc ẽ definitio hominis:& hoc est animal Bipes, ergo animal Bipes est definitio hominis, Hoc.n. pacto definitio syllogizari non põt: cũ digito monstrari neqt. Philoponus vero dicit digitũ eẽ instrumẽtũ eius offensionis, quæ p visum. Propterea dixit. Nõ.n. demõ-

C strabit aut sensu aut digito:ad significandũ p sensum intelligere visum:cæteri.n.sensus p digitũ non demõstrant

Digressio Prima dubitatio.

⁋ Sed circa ea:q̃ dicta sunt dubitabis Primo: quia Arist., sexto Topicorũ docuit terminare definitionẽ de definito p definitionẽ definitionis, hic aũt asserit totũ cõtrariũ.

Rñ. Iuniorũ Definitio de definito trifariã quæri potest.

⁋ Iuniores dixerunt trifariã quæri posse definitionẽ de definito:aut secũdum substãtiam:atq; rẽ: vt vtrũ animal rõnale insit homini.aut secundum intentionẽ, vt vtrũ animal rõnale sit definitio hominis:aut secũdum substãtiã, et intentionẽ, vt vtrũ hõ sit animal rõnale in eo qđ est. Dixerũt igitur Aristotelẽ sexto topicorũ voluisse definitionẽ de definito probari posse Primo atq; Secundo mõ: hic

Cõfutatio

aũt loquitur Tertia mõ. ⁋ Sed pace horum dixerim quouis mõ definitio de definito demõstretur, petitur id:qđ in principio quærebatur, saltẽ secũdum aliquã speciẽ. Pro-

Propria solutio.

pterea vr̃ mihi Aristote. sexto Topico. voluisse definitionem definitionis vtilẽ esse ad terminãdum definitionẽ de definito ꝓblematice, nõ aũt scientifice: Insuper dixit esse

D vtilẽ ad terminãdum definitionem de definito huic vel illi, nõ autem simpliciter. ⁋ Secũdo dubitabis, quia Arist.

Secũda dubitatio. Cap. 4.

sexto etiã Topicorũ docuit: terminare definitionẽ vnius cõtrarij p definitionem alterius:hic aũt oppositum asserit.

⁋ Dicẽdum ibi loqui ꝓblematice, & huic vel illi: hic aũt

Solutio.

loquitur scientifice, & simpliciter. ⁋ Debes scire q Arist.

Notandũ.

reliquit hic locum ab alijs oppositis priuatiuis: vel relatiuis:vel contradictorijs: quoniã contraria vtraq; habent esse in rerum natura:cætera nõ habẽt esse in rerum natura:sed alterũ. Reliquit exẽplũ: quia videlicet habet inductionis, reliquit Enthymema, quia habet vim syllogismi.

⁋ Præterea quonã pacto ipsum quid ẽ ostẽdet. Necesse .n. eũ qui scit, quid est hõ, aut aliud quoduis, & esse etiã scire. Id.n. quod non est in ratione, nemo scit unq̃ quid est, sed quidnã oratio uel nomen significat, cum dico hippocentaurus bene percipimus. Fieri uero nequit ut sciamus quid hippocentaurus est. E

⁋ Amplius quomodo modo strabit quid est hõ, necesse est.n. scientẽ quid ẽ hõ: aut aliud quodcũq;:scire & quia est Nõ ens.n. nullus scit quid ẽ: Sed quid quidẽ significat oratio, aut nomẽ, cũ dico Tragelaphus, quid autẽ est Tragelaphus impossibile est scire. Tex. 7.

⁋ Repetit quæ dixit, & ostendit p cõmunes quasdã rationes ipsum quid est demonstrari non posse de definito, & Primo repetit ꝓblema:& inquit. ⁋ Amplius quomodo aliquis ostẽdet quid ẽ homo: vl' quoduis aliud id genus, hoc ẽ ꝓblema, Pro soľone vero p̃mittit quoddam: qđ necessarium atq; vtile videtur (vt Themistio placet) ad soľnẽ ꝓblematis:& p̃missum est:nihil sciri posse qd ipsum est, nisi p̃cognoscatur quia est, hoc est ipsum esse: nam (ut Philoponus inquit) Necesse est cognoscẽtẽ naturam hominis alterius cuiusuis rei habere p̃cognitam atq; p̃sumptam ipsius existentiam, dico quid ipsum est: quia Com. 48.

F non est necessarium ad scire quid oratio aut nomẽ significat, scire ipsum esse. Inquit. Necesse est .n. scientem quid est homo, aut aliud quodcũq; scire & quia homo ẽ, hoc est scire hominem esse, ꝓbat hoc (cum inquit) Non ens n. nullus scit quid est:non.n.scimus quid est Hyppocentaurus: Sed bene scire potest cum dico Tragelaphus, qd significat oratio vel nomẽ Tragelaphus:non sciẽdo Tragelaphũ esse, possumus.n. scire hoc nomen Tragelaphus significare. Hircum & Ceruum, hoc est quoddã animal, qđ est simul Hircus & Ceruus:dato q non p̃sciamus tale animal esse. Quid autem Tragelaphus sit:impossibile ẽ scire:nisi p̃sciamus ipsum esse. Ex his patet ꝓsuppositum: ex quo vlterius patet:quæ sunt definitiones non entiũ: nam (vt Philoponus inquit) Quid nomen aut oratio significat:est definiti non entium. Quæ vero significat naturam & existentiam, est definitio entium.

G *⁋ At uero si quid est, ostenderit, & esse quoq; ostendet. Et quonã modo ratione eadem ostendet. Nam unum quiddam diffinitio ipsa declarat. Et demonstratio etiam unum. Quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sane, non eadem sunt.*

⁋ At uero si demonstrabit quid est, & quia est, & qualiter est, eadem ratione demonstrabit, quando definitio unum aliquid, & demonstratio Quid autem est homo, & hominem esse aliud est.

⁋ Proposito problemate: & suppositione: exequitur & probat ipsum quid est non posse de ipso definito demõstrari:& (vt mihi vr̃) supponit ipsum quia ẽ: siue ipsum si est:siue ipsum esse rei:quæ definitur: demonstratione ostendi: Diximus.n. superius questionẽ si est: terminari demonstratione, licet Hypothetica: quare bene supponit ipsum esse demonstratione ostendi: hoc itaq; p̃misso: argu- Com. 49.

H mentatur. Si aliquis demonstrabit quid est, vtpote quid homo est, cum hominem esse non nisi demonstratione ostendatur: eadem ratione, qua quidest homo, ostendet: & quia est:& qualiter est, hoc est & hominem esse ostẽdetur:nam demonstratione ostendetur quidest homo p aduersarium & demonstratione ostendetur hominem eẽ secundum veritatem, quare vtrũq; ostendetur eadem ratione: quæ est demonstratio:& si non eodem tẽpore, nã licet diuersis tẽporibus: tamen eadem specie rationis: vtpote demonstratione ostẽdetur vtrunq;. Destruit autem consequens:& inquit sup. Sed hoc est falsum, quia definitio vnum quoddam & demonstratio vnum aliud declarat:nam demonstratio declarat esse:& definitio quid est: quid autem est homo:& hominem esse aliud est. Et per

I qualiter est:quod græce est πῶς, quid est intelligit: vnde sensus ē:si aliquid demr̄one quid est ōdet:eadē rationis specie vtpote demr̄one ostendet rem esse terminādo qōnem si ē,& quid ipsa res sit:terminando qōnē quid ē, & ita eadē rōnis specie quia ē: & qualiter id ē & quid est res ōdet,cuius hypotheticæ:cū consequens sit falsum: erit

Philopo. expositio. & antecedens falsum. ⁋Philoponus autē hūc locū nō intellexit nā sic cōponit hypotheticam:si quid ē demr̄one ōdet quispiā:simul ōdet eadem via quia ē, & quid ē: Non.n.video qūo eadem via simul illa ostēdi sequitur. Semp.n.aduersarius negabit consequētiā:Dicet.n.bene il la demonstrari eadem rationis specie:non tamen simul: semper.n.ipsum si est prius est ipso quid est.

⁋Deinde etiam dicimus omne quoduis nisi sit substantia necessario per demonstrationem esse ostendi. Esse uero rei, nullius est

K *ut patet substantia. Id enim quod est,non est genus. Demonstratio igitur,idest quo quidpiam ostenditur esse.*

⁋Postea & p demōstrationē dicimus necessariū esse demōstrare omne quia est:nisi substantia sit: Esse aūt nulli est substantia: Non.n.est genus ens:demonstratio igitur erit ipsius quia est.

Com. 50. ⁋Hic(vt Philopono placet)Aristo.soluit instantiā nam esse demonstratur:vt dictū ē:esse est natura rei:natura rei est definitio rei,ergo a primo ad vltimū:si eē demōstrat: definitio rei demonstrat. Soluit Aristo. ipsum esse posse accipi ṗ rei substantia atq; essentia:& posse accipi ṗ ipso quia ē,siue ṗ ipso esse,qđ quæritur in quæstione si ē, qđ Philoponus existentiam rei appellat:dicit ergo eē ṗ substantia bene esse rei naturam atq; definitionem: nō autem esse pro eo,qđ in quæstione si est quæritur.Inquit. ⁋Postea & per demonstrationem dicimus eē necessariū vt demonstretur omne quia ē:id ē quoduis esse, nisi rei

L substantia sit,at esse:qđ in quæstione si est:quæritur,nulli est substantia:hoc est essentia:vel pars essentiæ: & scilicet demonstretur esse:definitio non demonstrabitur: qm esse,qđ demonstratur:ē esse:qđ in quæstione si est, quæritur:& non eē acceptum ṗ substantia,atq; essentia. Et dixit ṗ demonstrationem ōndi omne quia ē: nam demonstratur quia ē simplex:qđ quæritur in qōne si ē: & quia

Consideratio Phi. est cōpositum:qđ quærit in qōne cōposita. Et dicit Philoponus Aristo.dixisse nisi fuerit substantia : quia aliqñ quia ē concidit cū substantia, vtpote qñ quis diceret hæc definitio ē huius rei:nam cum sic diceret, quia ē esse substantia. ⁋Sed vr̄ mihi hęc consideratio nō necessaria,nam

Qualis cōsideratio. satis Aris.explicauit quando quia ē: demōstrabile & qñ non,Dixit.n.tunc demonstrari,quando non ē rei substantia,& hoc satis est. ⁋Sed dices ens ē genus : & ens ab esse sumitur,ergo esse est genus sed genus ē substantia, vel saltem pars substantiæ,ergo esse ē substantia: vel pars sub-

M stantiæ. ⁋Respondet:non enim ens ē genus: & ita negatur antecedens,quia ens nec genus est:nec differētia : nec definitio:quia(vt Philoponus inquit) Ens est æquiuoce dictum:quare nec substantia erit,nec substantiæ pars.Ex his concludit recte esse dictum demonstrationem eē ipsius quia ē,& non ipsius quid est , nam demonstratione ostenditur rem esse,non autē quid res ipsa sit,& nō modo rem esse demonstratione non ostenditur: sed ipsam esse talem vel talem , & propter quid talis est vel talis nunquā tamen demonstratione ostenditur quid res sit.

⁋Quod quidem etiam tunc ipse scientiæ faciunt Geometra nāq; quid significat quidem triangulus sumpsit . Esse autem ipsum demonstrat.Quo modo igitur ostendet ipse diffiniens quid est triangulus.Sciens ergo quispiam diffinitione quidpiam quid:est si sit N *illud nesciet.At nunquam fieri potest.*

⁋Quod quidem & nunc faciunt scientiæ : quid enim significat triangulus accipit geometra. quia autem est:demonstrat:quid igitur monstrabit definiens quid est,an triangulus, sciens itaq; aliquis definitione quid est,si est nesciet:sed impossibile est.

⁋Quæ dixerat,Nunc ṗbat obseruatione scientiarum, Com. 51. quæ demonstratione ostendunt quia est,siue rē esse: definitione vero ostendunt quid res est Geometra n.definitione ostendit non hoc totum triangulus est,Sed solum triangulum incomplexe sumptum:demonstratione, vero ostendit,quia triangulus est:vel triangulū esse. ⁋Sed Verborū expositio triāgulus & ṗ subio & ṗ passione acci pi potest. pro verborum expositione debes scire triangulum accipi posse pro subiecto: de quo demonstrabilis est angulorū ęqualitas:& pro quæsito siue passione, quæ est demonstrabilis de alio, vt de data linea : vt in illo problemate. O Supra datam lineam contingit æquilaterum triangulum collocare,hic.n. triangulus erit vt passio & quæsitū.Ideo Duplex expō Phi. hęc verba Philoponus dupliciter exponit . Vno modo vt triangulus pro subiecto sumitur: Alio modo,vt triangulus sumitur pro quæsito, iuxta primum modum lege sic.q.d.quod quidem id est aliud definire,aliud demonstrare & nunc faciunt scietiæ: & ponit exemplum in Geometria,& inquit.Quid.n.significat triāgulus sum & Geometra per eam definitionem: quæ est figura plana tribus lineis contenta:& non demonstrat:ꝙ vero habeat tres angulos ęquales duobus rectis:ostendit:per demonstrationem & ita quia est demonstrat, quid vero est definitio ostendit. Et in hac expositione Philoponus accepit quia est in quæstione composita: Aristo.vero superius accepit quia est pro si est in ipsa simplici quæstione. Non tamē refert,quoniā quia est reducitur ad si est:vt diximus.Sed P quia non loquitur Aris.in definitione qd est: sed in definitione quid nomē significat:Ideo Philop. aliter expo- Prima nit sumendo triangulum vt quæsitū. ⁋Vbi debes scire in demonstratione esse concessum & quæsitū:Concessum q dē est subiectū:quæsitū vero est prædicatū siue passio, de subiecto igitur præcognoscimus:quia est: & quid significat:de qsito vero qd significat ṗcognoscimus: quia est autē q rimus atq; demonstramus. Tūc lege sic . Quid Secunda n.significat triangulus vt ṗcognitū sumit Geometra & ñ demōstrat.Nā in illo ṗblemate supra datā lineā cōtingit triangulū æquilaterū collocare:qd triangulus significat, sumit.Quod autem sit,ostendit , quādo vt quæsitū hoc sumit:vt si quærat si est super datā lineā triangulum æquilaterum collocare,& ita triāgulū esse demonstrat. ⁋Vbi Notabile animaduerte in quæsito idem esse quia est & si est: & ip- Q sum esse:& alteri inesse, Propterea bene dictum est scientias illud facere,quia esse demonstrat , quidnam est: aut quid significat definitione ostendunt. Propterea quasi interrogando concludit:quid igitur monstrabit siue ostendet ipsa definitione ipse definiens:quid est.an triangulū: certū est ꝙ sic:definitione.n.ostendit incomplexum illud triangulum quid sit,demonstratione vero demonstrabit ipsum esse,vel in quæstione illa:qua quæritur:si triangulus habeat tres angulos:vel in illa:super datam lineā: vel alieer & melius;qui igitur monstrabit qui definit:quid est ne triangulus ? hoc est dicere , Vtrum definiens triangulum , demonstratione ostendet quid sit triangulus ? Contra obijcit & quasi dicat : Si ita fuerit : igitur sciens definitione quid est triangulus , nesciet si est: potest

A potest.n. demõstratione scire q̃d est:& nescire si sit,& hoc sequitur si demõstratione q̃d est scire potest,modo hoc est impoſs.& contra primã suppoñe,quæ fuit nihil posse sciri est:nisi sciatur si est:vel ipsum esse:Debes scire: q̃ si q̃d est alicuius rei demõne sciri põt,non egemus præcognitione quia est ; vt iuuans est ad cognitionẽ quid est quia demonstratio erit pollẽs ꝑ sciẽtia illius rei q̃d erit:Propterea recte argumẽtatur Aris.si definiẽs scit demõne q̃d ẽ, sciet q̃d est:ignorato q̃a ẽ:q̃d est cõtra suppoñe.⁋Quo vero ad verba attinet,Verbũ illud an cũ dicit an triangulus græce est ,,Verũ q̃a ita in græco multis modis potest & accentuari & proferri,Ideo Philoponus diuersimode verbum illud legit:Nos vero exerpsimus veriorem sensum: Ideo non oportet immorari.

Verborũ expositio.

⁋*Patet autem per ipsos etiam diffinitionem,quæ nunc aßignantur modos eos qui diffiniunt non ostendere esse, Nam & si est medio quid æquale,tamen cur est ipsum diffinitum. Et propter q̃d hoc circulus est quæretur.Poterit.n.illud dicere quispiam diffinitionem orichalci etiam esse.*

B

Nõ apparet Verbũ supplẽdũ linea inter præcis.

⁋*Manifestum est autem & secundum nunc modos terminorum q̃ non monstrant definientes quid est, nam & si est ex medio æquale quid,tamen propter quid est quod definitur, & propter quid est hoc circulus,non apparet. Esset enim & Orichalci utiq; dicere esse ipsum.*

Com. 52. expositio Tho. Phi.Sim. plicii & Th. expõ

⁋Thomas exponit q̃ Aris.per exẽpla earũ definitionũ, quæ nunc assignantur.ostendat q̃ qui definit aliquã rẽ: nõ demonstret quia res illa sit.⁋Et videtur hæc expõ verbis primis satis bene cõuenire:Iuxta vero Philop. Simplicij atq; Themistij interpraetationẽ debes scire,non illos voluisse definitionẽ non esse syllogizandã de definito,quia ipsa seipsa,atq; qua definitio est,Patet esse quod quid est de definito:& ꝑpter quid est de definito in eo q̃ quid est.Cũ.n.dicitur circulus est figura a cuius cẽtro ad circũferentiã omnes lineæ ductæ sunt æquales, Volunt hanc definitionẽ ex suipsius natura de ipso circulo patere q̃a sit illius vt quid est:& ꝑpter quid vt quid est,est illius:Ideo nõ põt vt quid est de suo definito ostendi Syllogismo:aut demõstratione,cũ esse vt quid est; suapte natura pateat.⁋Contra ergo hos obijcit Aris.& ostendit ꝑ definitiones:quæ nunc solẽt assignari nõ apparere illas eẽ: vt q̃d est de definitis:nec apparere cãm quare sunt vt q̃d est de suis definitis:& notanter dixit ꝑ definitiones quæ sunt nũc:quia posset dici esse alias definitiones : quæ nr̃is tẽpibus nõ patẽt:quæ tñ fuerunt notæ illis:Inquit.Manifestũ autẽ est,& secundũ terminorũ hoc est definitionũ modos,qui nũc sunt nostris tẽpibus: & q̃bus cõsueuimus vti q̃ definientes non ostẽdunt q̃a est.s.definitio de definito, vt quid est:neq; ostendũt ꝑpter quid est definitio de definito:vt quid est.Supple ex sola definitionũ natura , & probat exẽplo definitionis circuli: & inquit . Nam & si circulus est aliquod æquale ex medio vtpote figura plana e cuius cẽtro medio ad circunferẽtiã omnes lineæ ductæ sunt æquales:tamẽ propter quid est quod definitur: hoc est ꝑpter quid circulus sit hoc:vtpote figura plana e cuius medio omnes lineæ ductæ æquales sunt, vel q̃ circulus sit illud,ex definitionis illius vi atq; natura non apparet:Verbũ.n.non apparet supplendũ est:vt dicit Philoponus.Esset.n.quantũ est ex parte illius definitionis posset quispiam dicere illã esse definitionẽ alterius rei.s.figmẽti.vel cuiusuis,vtpote Mõtis Erei:q̃ grece dr̃ Orichalcos: Nõ.n.vi illius apparet ipsam esse magis circuli q̃ Orical-

C

D

ci:cũ vi sua nõ dicat se esse:vel nõ esse circuli:& ita vi sua nõ magis habemus ipsam esse circuli:q̃ Orichalci.Propterea inq̃t.Tamẽ ꝑpter q̃d est q̃d definit .s. circulus figura & reliqua:& ꝑpter q̃d est hoc circulus.s. figura & reliq: vel q̃ circulus sit figura & reliqua:ex definitionis vi non apparet,immo ipsum esse idest ipsam circuli rõnem esset hoc est posset quispiã dicere ipsius Orichalci,cũ nulla vis ex ipsa apparet: vt sit magis circuli,q̃ Orichalci,cũ ex vi sua non se esse illius asserat.

E

⁋*Neq;.n.id esse posse q̃d dicitur,ipse definitiones insuper faciũt manifestum.Neq; illud & non aliud esse cuius inquiunt diffinitionem esse,sed propter quid semper dicere licet.*

⁋*Neq;.n.quia poßibile sit esse,quod dicitur, aßignant termini, neq; quia illud est,cuius dicunt esse definitionem:sed semper licet dicere propter quid.*

⁋Posset adhuc quis dicere definitionẽ non asserere se esse definiti vt quid est:Sed dicere ex sua vi se esse definiti vel posse esse definiti:Obijcit cõtra definitionẽ ex sua vi non dicere se esse definiti:vel posse esse:nec dicere cãm:cur põs sit esse:aut sit definiti:nã postq̃ assignata est: licet quærere an definitio illius,cuius assignabaẽ sit, & ꝑpter q̃d illius est,Inquit.⁋Neq;.n.etiã q̃a possibile sit id esse definitũ,quod dicit esse suã definitionẽ,termini atq; definitiões ex suis naturis assignãt,neq; q̃ illud sit id:cuius dicunt eẽ definitionẽ:sed sp̃ definitionibus assignatis licet dicere ꝑp̃ quid definitio sit illius:cuius assignatur,& an illius sit.Patet ergo definitionem non qua definitio est: se asserere esse definiti:vel propter quid sit definiti dicere. Com. 53. F

⁋*Si igitur is qui diffinit,aut quid est ostendit, aut quid ipsum nomen significat.Si diffinitio nullo pacto est ipsius quid est,erit ipsa ꝑfecto oratio idẽ q̃d nomen significans.At hoc absurdũ ẽ sane.*

⁋*Si ergo definiens monstrabit aut quid est,aut quid significat nomen,si nullo modo est eius quid est, erit utiq; ratio nomini idem significans: Sed est inconueniens.* G Si, Vel Sed,

⁋Philoponus legit hunc textum:sic: Vtrum definitio sit rei acquisitiua, vult Arist. respondere ad hãc quæstionẽ hoc pacto.⁋Si ergo duorum alterum definiens demonstrabit.s.aut quid est:id est naturam rei:aut quid significat nomen hoc est significationem nomini conuenientem,Si nullo modo definitio est ipsius quid est : id est si non sit acquisitiua rei:erit vtiq; definitio ratio nomini idẽ significans:hoc est eiusdem potentiæ cum nomine:sed hoc est inconueniẽs.definitionem significare idẽ cũ nomine. Vbi patet Philoponum legere ,,pro si quia dicit.Si nullo modo & reliqua:hoc pacto exponit Simplicius:Dicit .n. si definiens monstrabit aut quid est: aut quid significat nomen:Si definitio nullo modo est sup. ostensiua quid rei, definitio erit oratio significans idem quod nomen : hæc Simplicius.Alij non imperiti exponunt , Si ergo is qui definit demonstrat:aut demonstrat quid est res,aut quid significat nomen. Sed nullo modo definiens demonstrat quid est res:ergo demonstrabit quid nomen significat,q̃re definitio erit oratio significans idem,quod nomẽ: Q̃d quidẽ absurdũ est:& tunc iuxta hanc expõnẽ Arist. nõ soluit qõnẽ,sed probat eũ:qui definit,non demõstrare. Com. 54. expõ Phi H Expõ aliquorũ. Refutatio.

⁋*Primo naq; & non substantiarum , & eorum quæ nõ sunt in ratione rerum erit utiq; diffinitio.Nam & ea quæ non sunt significare nomine licet.Deinde omnes orationes diffinitiones erũt sine discrimine ullo.Fieri naq; potest ut cuiuis orationi nomen ponatur.Q.uare diffinitionibus differimus omnes atq; loquemur.Et ilias ipsa diffinitio erit. Præterea nulla scientia demõ-*

I *strabit. Hoc nomen hoc indicare ac significare, ergo nec diffinitiones idipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse diffinitionem ratiocinationemq; uidetur. Et insuper neq; diffinitionem demonstrare quidnam sit quicquam, fieriq; non posse, ut ipsum quid est demōstratione diffinitioneue unquā percipiatur: aut cognoscatur.*

Primo quidem quia & non substantiarum esset definitio, & eorum, quæ non sunt significare enim est, & quæ non sunt. Amplius omnes orationes definitiones erunt, esset.n utiq; nomen ponere cuilibet orationi, quare terminis utiq; disputabimus omnes. Et Ilias definitio erit. Amplius nulla scientia demonstrat utiq; quia hoc nomen huius aliquid ostendit. Neq; igitur definitiones hoc assignant. Ex his igitur neq; definitio & Syllogismus idem uidetur esse: neq; eiusdem definitio, & Syllogismus, Adhuc autē q nec definitio aliquid demonstrat, aut monstrat: neq; quid est de
K *finitione aut demonstratione cognoscere est.*

Com.55. Quod vero absurdum sit definitionem esse idem: q significatio nominis: Multifariam probat. Primo quia tunc definitio esset non substantiarum, vtpote accidentiū, quoniam horum sunt nomina, quæ possunt illa significare. Secundo quia definitio esset non entium: quoniam contingit aliqua nomina significare non entia: vt Hippocentaurus: & Chimera & id genus. Tertio tunc omnes orationes essent definitiones, nam potest imponi nomen cuiq; orationi, & illud nomen significabit idem, quod oratio: quare cum significatio nominis sit definitio: & oratio cui nomen imponitur etiam significat idem quod illud nomen, iure omnes orationes essent definitiones: cū æquivaleant nominibus in significando. Quarto si significatio nominis esset definitio, cū nos disputemus no-
L minum significationibus, semper terminis hoc est definitionibus disputaremus. Quinto tunc Ilias: quæ est significatio nominis belli Troiani esset definitio: vel sic: tunc Ilias id est significatio Ilias: quæ est de bello Troiano, esset definitio. Sexto nulla scientia demonstrat hoc vel illud nomen vel illud significare: definitiones sunt scientia, ergo definitio non demonstrat hoc nomen hoc significare.
Philopo. Philoponus vero sic intelligit: nulla sciētia demonstrat per hoc quia hoc nomen huius aliquid significat non .n. medium in demonstratione est significatio nominis: at definitio est medium in demonstratione ergo definitio nō est significatio nominis. Tunc epylogat, & enumerat: quę hucusq; pertractauit: & dicit probatum esse definitionem non esse Syllogismum. Secundo probatum est non esse eiusdem definitionem & Syllogismum. Tertio probatū est definitionem nihil demonstrare. Vltimo probatum est quod quid est nec definitione nec demonstratione, nec
M diuisione: nec alijs id genus probari posse.

Verum considerandum est rursus: quid istorum bene & quid non bene recteq; dicitur. Et quid est diffinitio. Et utrum aliquo modo sit ipsius quid est demonstratio diffinitione, an nullo sit mō.

Tex. 8. *Iterum autem speculandum quid horum dicitur bene, & quid non bene: & quid est definitio: & eius quod est nunquid quodāmodo est demonstratio, aut definitio aut nullo modo.*

Com. 56. Repetit earum considerationum: quas dixit, nonnullas & hoc proponit: cum inquit. Iterum autem speculandum quid horum pauloante consideratorum dicitur bene: & quid eorum dicitur non bene: & iterum secūdo speculandum est quid est definitio. Et tertio iterum speculādum est vtrum ipsius quid est: sit aliquo modo demonstratio vel definitio: vel nullo modo. Et vt Philoponus declarat bene dictum est eiusdem eodem respectu nō esse N demonstrationem & definitionem, bene etiam dictum est quid ipsa definitio sit, est enim oratio ex ijs: quæ ad essentiam pertinent: composita. Bene etiam dictum est definitionem non esse demonstrationem. Bene etiam dictum est ipsius definitionis non esse demonstrationem, neq; syllogismum diuisiuum: neq; Hypotheticum: neq; inductionem. Hic emergit dubitatio, quomodo vult retractare Dubi. hæc, & quomodo asserit velle reuidere, quæ non bene dicta sunt: cum omnia bene dicta sint. Et dicendum vt Solutio. Com. 8. Auer. innuit Paraphraxi Aristo. proponere velle reuidere quæ bene quæ non bene dicta sunt: non q illa non bene dicta sint: sed propter recipientes: qui bene dicta tāq̄ maledicta reciperent. Preterea (vt Themistius innuit) repetit hæc Vt altius eadem pertractet: quasi dicta ruminando. Et per aliquo modo: intelligit aliqua: vt sit sensus, O Vtrum definitionis sit aliqua demonstratio. & dicet definitionis materialis esse demonstrationem eam, cuius medium est formalis definitio. Et per nullo modo: intelligit vl: vt sit sensus an nulla demonstratio esse potest.

Cum itaq; scire quid est, & scire causam ipsius si est, idem sit. uti diximus: fieri potest, ut quid est ostendatur.

Quoniam (sicut diximus) idem est scire quid est: & scire causam ipsius si est.

Com. 57. expō pñ. Vt Philoponus inquit: Aristo. agreditur Primum .s. q definitio ostēdi potest per definitionem. Et vtitur ad huius rei probationem primo his: quæ præostensa sunt. Ostendit enim idem esse quid est, & propter quid est: & q quærens quodqd est: cām quærit. Nam quod quid ē, & definitio est eius: cuius est, & causa. His præsuppositis, P Argumentatur hoc pacto (vt placet Alexandro: Philopono: & Simplicio) quoniam (vt diximus) scire quid est: id est substantialē atq; definitiuam rationē rei, & scire causam ipsius si est: id est existentiæ rei: idē est: littera est diminuta & deficit consequēs secundum Alex. Ideo sup. tu Alex. (vt Alexan. inquit) contingit deinceps fieri demonstrationem definitionis. Antecedens patet ex dictis, quia causa essendi Eclypsim Lunæ est priuatio Luminis in Luna obiectu Terræ: & hoc est Eclypsim esse. Sed quomodo valeat hæc consequentia: idem est scire quid est: & causam existentiæ, ergo definitio demonstrari potest per definitionem: licet superius sit declaratum. Adhuc declaratur, nam existentia demonstrari potest de aliqua re, quæ non sciatur an sit: veluti de Dijs: & quidem per definitionem: vt nunc supponatur ex his: quæ diximus. Definitio est rei existentis: quia idem est scire quid est: & causam ipsius si est: ergo definitio per alteram definitionem demon Q strari potest, quare hypothetica patet: cuius si ponatur Antecedens: relinquetur Consequens.

Cuius quidem hæc ratio est, Est.n. quædam causa: & hæc aut est eadem, aut alia, & si sit alia, aut est demonstrabilis: aut indemonstrabilis. Si igitur alia sit demonstrariq; potest, cum causa sit medium, & prima figura ratiocinationis ostendatur. necesse est id quod ostenditur uniuersale esse & affirmatiuum, ut patet. Vnus igitur is est modus, quem nunc, inquisiuimus per aliud inquam ipsum quid est ostendere.

Ratio autem huius est, quoniam est aliqua causa, & hæc aut eadem: aut alia est, & si utiq; alia, aut demonstrabilis est, aut indemonstrabilis. Si igitur est alia, & contingit demonstrari: necesse

est mo-

A *est medium causam esse, & in figura prima demonstrari, Vniuersale enim & prædicatiuum est, quod demonstratur. Vnus quidē modus nunc exquisitus est per aliud quod quid est monstrare.*

Com. 58. expō phi. ☞ Quod definitio vna per alteram demonstrari possit. Secunda ratione declarat: & non modo per ostensa: & Philoponus exponit hunc locum valde breuiter. Propterea secundum eius expositionem Aristo. primo sumit in rerū natura dabilem esse causam aliquam, & hoc inquit Quoniam est aliqua causa: hanc non probat: quia patet. Est. n. aliquod causatum: ergo & aliqua causa. Secundo sumit duplicem esse causam: nam alia est, quæ eadem est definito, Alia quæ non est eadem definito: Inquit. Et hæc aut eadem. s. definito causatoq; est: aut alia a causato definitoq; ipso. Causa eadem definito atq; causato (vt arbitror) est formalis, cum sit tota essentia ipsius causati, quod defini-
B tur. Cætere vero causæ sunt aliæ a definito: materia quidem: quia non est essentia rei definite. Efficiens, & finis: quia sunt extrinsecus existentes. Tertio sumit q earum causarum, quæ aliæ sunt a definito ipso, Aliqua est demōstrabilis de suo causato, vtpote, quando de illo ignoratur: Alia vero est indemonstrabilis. s. quando de illo est per se manifesta. Et hoc inquit. Et si vtiq; alia, aut demonstrabilis est, aut indemonstrabilis quæ per se de suo causato quæritur. Est indemonstrabilis: quæ de suo causato manifesta est. Ex his suppositionibus concludit Primo esse aliquam causam: quæ est medium. s. eam, quæ indemonstrabilis est: vt est formalis: & aliquam esse demonstrabilē videlicet eam, quæ non per se patet de suo causato, vt ipsa materialis. Itemq; & demōstrationem talem esse in pri
C ma figura: quia causa materialis: cum sit definitio materialis: vniuersaliter & affirmatiue prædicetur de eo: cuius est causa materialis. Inquit, Si igitur ē causa aliqua alia a suo causato, & contingit demonstrari: ita: vt sit non per se nota de suo causato, necesse est aliquam causam esse: quę est indemonstratione illius causæ medium, & sup. aliquam causam esse demonstrabilem, Medium est formalis causa, quia est tota essentia causati: & eadem Illi demonstrabilis est causa materialis, quæ est alia a causato, etiam efficiens: & finalis. Et necesse est demonstrabilem demonstrari de suo causato per indemonstrabilem in prima figura, immo in primo modo, nam causa: quæ demonstratur cum: sit definitio: vniuersalis & prædicatiua est. Ex his deducit intentum quod proposuit: & inquit. Vnus quidem igitur modus nunc exquisitus est: quod demonstrari possit ipsa definitio: & est ipsam materialem definitionem
D demonstrari de definito per aliud quod quid est. s. per formalem definitionem: nam materialis cū sit alia a suo definito, non est per se nota de illo, Formalis vero: cum sit eadem suo definito: est per se nota de illo: Ideo materialis per formalem demonstrari potest. Hæc græci quo ad hæc verba, & quidem dilucide.

☞ *Nam medium ipsorum quid est necesse est esse quid est, & proprium identidem proprium. Quare diffinitionum eiusdem rei alia ostendet, alia non ostendet. Atq; hisce modus non est demonstratio ipsius quid est, ut antea diximus, sed ratiocinatio ad disserendi modum accommodata.*

☞ *Horum enim quod quid est necesse est medium esse quod quid est: & propriorum proprium. Quare hoc quidem demonstrabit.*

Illud uero non demonstrabit eorum, quæ sunt quod quid est eiusdem rei. Hic quidem igitur modus, q non sit demonstratio dictum est prius. Sed est syllogismus logicus ipsius quid est. E

☞ Et quia quispiam dicere posset materialem definitionem esse demonstrabilem de eo: cuius est causa materialis: sed non per definitionem formalem, sed per aliud quippiam definito accommodatum: quasi confirmando id: quod dixerat, refellit tacitam hanc responsionem: & inquit. ☞ Horum enim quæ sunt quod quid est demonstrabilia: necesse est medium esse quid est: & non propriorum accidentium aliquod, Sed & propriorum maxime proprium: veluti est definitio formalis: quæ est omnium conuertibilium cum definito Com. 59.
maxime proprium. Huius rei pulchrum exemplum affert Philoponus, exempli gratia inquit. In Socrate feruet sanguis circa cor. In quo autem feruet sanguis circa cor: Irascitur. Si vero quispiam interroget: quæ sit causa eius: quod est eum, in quo feruet sanguis circa cor, Irasci: dicemus q est appetitus vindictæ, modo formalis est hæc definitio Iræ, & hac definitione in medio termino posita: concludet definitionem materialem in syllogistica demonstratione. Ex his Aristo. concludit quare eorum, quæ sunt quod quid erat esse eiusdem rei. Hoc quidem monstrabit: id est faciet demonstrationem, vt materiale: Illud vero non monstrabit. id est non faciet demonstrationem: vt formale quid est: hoc pacto exponit Philoponus: aut sic quare eorum: quæ sunt quod quid erat esse eiusdem rei: hoc quidem monstrabit, scilicet est medium in demonstratione: vt formale quod quid est. F Exempli Philopo.
Illud vero non monstrabit, vt medium, sed erit potius demonstratum: vt materiale quod quid est. ☞ Sed contra: quia superius dictum est totum oppositum: diximus enim definitionem demonstrari non posse de definito: vt quid est, & hic dicit oppositum: ait enim illam posse demonstrari per aliud quid est: Soluit. & inquit. Hic quidem igitur modus, q non sit demonstratio, dictum est prius: quia petit principium ergo Syllogismus in quo materialis per formalem syllogizatur non est demonstratio. Sed est syllogismus Logicus definitionis materialis: vt quid est, quia ex probabilibus concludens, non autem demonstrans. Et ita in toto hoc capit. cum dictum est ipsum quod quid est per aliud quod est demonstrari posse, sumpsimus demonstrari pro Dialectice ostendi: vt Philoponus inquit. Hæc sunt, quæ mihi videntur circa hæc obscura verba. G Superiori textu c6. 47. & ide. H

☞ *Quo autem modo fieri potest, ut quid est eliciatur ex demonstratione: deinceps dicamus oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam ut quærimus propter quid est prius habentes esse, interdum uero & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, ut antea cognoscamus cur est quā percipiamus esse. Sic pari ratione neq; quid est quærere, utq; cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit ut quid est unquā sciamus, si ignoremus si est.*

☞ *Quo autē modo cōtingat, dicemus, dicentes iterū ex principio. Sicut enim propter quid quærimus habentes quia aliquando au-*

I *tem: & simul manifesta fiunt, Sed neq; prius propter quid possibile est cognoscere quã quia, Manifestum est q. similiter et quod quid erat esse non sine quia est. Impossibile enim est scire quid est ignorantes si est.*

Com. 60. ¶ Hactenus quomõ Dialectice quod qd est ostendi põt: dictũ est. Nunc vero qũo p demõstrationẽ ostẽdi cõtingat: declarare, pponit: & ingt. ¶ Qũo aũt contingat .s. definitionem per demonstrationẽ ostendi dicemus: dicentes iterũ ex principio tãq̃ nihil de re hac dictum sit. Proposita intentione exequit, & Primo p̃mittit suppõnẽ, q fi cut est in qõnibus cõpositis: ita est in simplicibus: vt .n. in cõpositis qõnibus nõ possumus hẽre, ppter quid est: nisi prius quia est habuerimus, & sicut aliquando in talibus cõpositis qõnibus aliqñ simul habemus ppter quid & quia est, & nũq̃ prius ppter qd est: q̃ qa est: vel sic sicut

K in cõpositis qõnibus dupl'r nos habemus aliqñ prius qa: & postea pp qd, aliqñ simul, nũq̃ aũt prius ppter quid q̃ quia. Ita et in simplicibus dupliciter habemus: aliquãdo .n. prius si est habemus: & postea qd est, aliqñ simul vtrũq;, & nũq̃ prius qd q̃ si est: Ex hac ergo sĩtudine vult habere si est & qd est dupl'r se hẽre: vt ad nos cõparata: aut ordine quodã: aut simul: & si ordine quodã nũq̃ prius qd est q̃ qa est: haec est suppõ, Inquit. Sicut .n. pp qd q̃rimus hñtes sup. prius qa e: aliqñ aũt & sĩ manifesta sunt: nũq̃ aũt prius pp qd post est cognoscere q̃ qa est. Ex hoc infert idẽ esse in simplicibus qõnibus: & ingt. Manifestũ est q. sil'r & quod qd erat esse scire nõ possumus si ne qa est. Impoſe .n. est scire qd est ignorãtes si est. Patet ergo nos bifariã posse scire qd est & si est, aut simul vtrũq;

L habẽtes, aut prius habẽtes si est, & postea quid est. Tertio mõ non est poſe, nõ .n. possumus scire quid est prius ignorãtes si est: nec probauit hoc Aristo. nisi ex similitudine accepta in quaestionibus compositis.

¶ *Habemus autem si est nonnunquã per accidens: nonnunquã aliquid habentes ipsius rei. Veluti tonitruum esse scimus, habentes sonum quendam nubium esse. Et defectionem lucis esse quendam priuationem. Hominem item quoddam animal esse. Et animam et id esse: quod ipsum se motu ciet.*

¶ *Hoc autẽ si est aliquando secundũ habemus: aliquando autem habentes aliquid ipsius rei, ut Tonitruũ, quoniã sonus quidã ne bularum est, & defectum: quoniam priuatio luminis est: & hominem quoniam animal quoddam est, & animam, quoniam ipsum seipsum mouens est.*

Com. 61. ¶ Supposuit nos posse hẽre si est: & qd est: aut simul, aut si est prius q̃ quid est. Nunc hãc suppositionẽ volens de

M clarare, p̃mittit vnã distinctionẽ: q nos possumus habere existentiã rei dupliciter, aut ab his: quae per accidens in

Philo. exẽplum. sunt ipsi rei. Cuius exemplũ ponit Philop. vt si Socratem cognosceremus esse, ex eo quia est Albus: aut quia latas vngues habet. Aut ab his: quae rei insunt essentialiter & p se: vtpote (vt exponit Philop.) Si cognosceremus existẽtiam rei cognoscentes aliquã partem essentiae rei essentialiter atq; per se illi inexistentẽ, vt quando cognosco Tonitruum esse: quia est aliquis Sonus Nebularum, & cum cognosco esse Eclypsim: quia est priuatio luminis, & cũ cognosco hominem esse, quia est aliquod animal: vtpote rationale: aut mortale: similiter & cum cognosco animã esse, quia ipsa seipsam mouet.

¶ *Quae igitur per accidens esse scimus, necesse est ad eorum per-* N *cipiendum quid est nullo modo nos quicquã habere. Neq; .n. illa esse scimus: atq; quaerere quid est non habentes esse, perinde atque est si nihil prorsus quaeratur. Quorum autem habemus aliquid eorum, quid est facilius percipere possumus. Quapropter ut habemus ipsum esse, sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi.*

¶ *Quaecunq; quidem igitur secundũ accidens scimus quia sunt ne cesse est nullo modo se habere ad quid est, neq; enim scimus quia sunt, quaerere autem quid est non habentes quia est, nihil est quaerere. Secundum quaecunque autem habemus aliquid, facile est quaerere. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habe mus ad ipsum quid est.* Est q̃rere verbũ additũ de licentia interpraetis.

Com. 62. Expõ Philopo. ¶ Philoponus videtur velle q Aristo. intendat probare q ea quae sunt per accidens non conferunt ad inuentionem definitionis quia non sunt immediata, neq; propria

O subiectis rebus: sed omnino aliena, & ait q non solum, vt inquit Philoponus, Haec non conferunt ad inuentionem definitionis: sed neq; ad acquisitionem existentiae rei, non enim cognoscitur Socratis existentia eo quia dicatur esse: aut Musicus: aut Grammaticus: aut Albus: qui vero temptat scire rem ab his: quae illi per accidens insunt, non solum non poterit comprehendere quid est: Idest naturam rei: sed omnino neq; existentia rei si inter entia sit aliquid vnum; nam quaestio acquirens rem simpliciter accidentibus, non est quaestio. In quibus vero sumimus non quae per accidens, sed quae per se insunt: vt partes rei: in illis facilius venemur definitionem. Haec Philoponus. Ego vero puto Aristote. nunc declarare Propria expositio. quando simul si est: & quid est habemus, & quando non: praemisit enim distinctionem: & nunc illa vtitur: & vult nos non habere simul si est & quid est, quando si est P per accidentia: sciuerimus: probat: quia quando nos scimus si est per accidentia, nos non scimus si est, & si per accidentia non scimus si est: ergo nec quid est: non enim possumus scire quid est ignorato si est. Inquit. ¶ Quaecũque quidem igitur secundum accidens scimus quia sunt, necesse est nullo modo se habere ad quid est, & ita quae scimus si est per accidentia, non scimus quid sint simul. Probat. & inquit. Neq; .n. scimus: quia sunt, quasi dicat p talia accidentia: ergo nec quid sunt: quaerere autem quid est non habentes prius quia est: nihil est quaerere. Patet ergo si est: quod scitur per accidentia non simul scire cum ipso rei quid est: Cum reuera non sciatur res quia est per talia accidentia. Deinde exponit quando simul vel de facto: vel de facili. & inquit. Secundum quęcunq; habemus aliquid: hoc est quaecunq; vero scimus quia sunt: per ali- Q quid essentiale eis: facile supple est quaerere quid est: est quidem facile: quia habens partem rei, videtur facile habere totum. Qui enim scit rem esse per aliquam partem definitionis, videtur scire partem definitionis: & ita facile simul potest scire totam. Ex his concludit quomodo ad quid est disponimus per cognitionem ipsius quia est: & inquit. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus id est disponimur ad ipsum quid est, quia si habemus quia est per accidentia disponimur per accidens ad ipsum quid est, & si habemus quia est, per aliqd essentiae rei: disponimur facile ad habendum totam definitionem. ¶ Themistius ad expositionem huius exerpti no- Quę The. tat accidentia quaedam esse, quae rei existentiae nõn insunt: Et hoc pacto Chrysippus ostendit Deos esse, quia visitantur

A visitantur altaria: Stoici vero Deos esse asserũt: quia mor talibus suppetias plurimas afferunt. Hæc probatio est ab accidente: quod non existit in re. Quædam vero sunt, q̃ adsunt in re: & hæc duplicia. Alia propius, Alia remotius: per accidentia remotiora non ostenditur existentia rei propriæ: vt dixit Aristoteles, per accidentia vero pro piora ostenditur aliquo modo rei existentia, non tamen facile per hanc existentię cognitionem scimus quid est: licet disponimur ad illud: at per ea, quæ per se: & essentialiter insunt, facile scimus quid est. Propterea ait ita nos di sponi ad percipiendum quid est alicuius rei: Sicut habemus illius quia est: & quia per accidentia extranea non ha bemus quia est, Ideo non disponimur ad percipiendum quid est, quia vero per accidẽtia: quæ rei insunt: habemus aliquo modo quia est communiter: si communia sunt,
B proprie si propria sunt, Ideo disponimur ad percipiendũ quid est communiter: vel propriæ: licet non facile: sed qa per partes definitionis scimus quia est proprijssime: ideo disponimur facile ad percipiẽdum quid est: Hæc ex Themistio, & bene.

¶ Quarum igitur rerum aliqui habemus ipsius quid est earum hæc sint exempla. Sit defectus eo in loco quo ipsum est, a, luna in eo quo ipsum est, c, interpositio uel obiectio terræ, in quo ipsum positum, b, Quærere igitur utrum luna deficiat, an non deficiat nil aliud est quã ipsum, b, quærere si sit: nec ne. At idipsum nil ab hac quæstione differre uidetur sit ne ratione eius. Quod si sit: & illud dicimus esse. Vel quæratur utrius partium contradictionis sit ratio: utrũ habendi duobus rectis æquales: an non habendi. Quod cum inuenerimus. & esse, simul & propter quid scimus: si modo si medium.

C *¶ Quorum igitur habemus aliquid ipsius quid est. Primum quidẽ sit. Defectus in quo, a, luna in quo, c, Oppositio terræ in quo, b, Vtrum quidem igitur deficit aut non, b, quærere est. Vtrum est aut non est. Hoc autem nihil differre quærere quã si est ratio ipsius. Et si sit hoc, & illud dicimus esse: aut utrius contradictionis est ratio, Vtrum habendi duos rectos, aut non habendi. Cum autem inueniamus, simul quia & propter quid est scimus, si per media sit.*



D

Com. 63. ¶ Dixit aliquando simul haberi si est, & quid est: vtpote quando si est scitur per definitionem rei: cuius quęrimus existentiam. Aliquando autem dixit nos habere si est: & non quid est: vtpote quando scimus si est per aliquod ac cidens eius: cuius quærimus est: Hæc nunc per exempla ostendit, & inquit. ¶ Quorum igitur habemus aliquid ip sius si est: idest eorũ, quorum existẽtiam habemus per ali quam definitionem eorum, quorum quærimus existentiam: Exemplum primum sit sic: vt sit defectus, vel deficiens in quo A, Luna sit in quo C, oppositio Terræ siue paciens oppositionem Terræ sit in quo B, Patet igitur terminis sic dispositis, ꝙ cum quærimus: Vtrum est deficiat Luna: aut non, B, est quærere: Vtrum est aut non est. Hoc autem nihil est quærere q̃ si ipsius defectus sit aliqua

E ratio causalis & definitiua: nam si habemus ꝙ sit & aliq ratio causalis defectus definitiua: illud dicimus esse: nam simul habemus esse defectum, & quid defectus est, hoc ẽ primum exemplum, tangit secundum, & inquit. Aut ipsum B vtrius contradictionis est ratio causalis & definitiua: vtrum eius contradictionis partis: quæ est habendi duos rectos: aut eius contradictionis partis: quæ est non habendi duos rectos: nam si sit definitiua ratio & causalis definitio eius partis, quæ est habere duos rectos, in.a. pone duos rectos habens, In .b. pone rationem definitiuam: atq; causalem eius prædicari: quod est positum in.a.

F

scilicet habendi duos rectos. In.c. vero pone triangulum, & tunc patet ꝙ cum inuenerimus.b. esse rationem definitiuã atq; causalem ipsius.a. quod est habere duos rectos, simul quia, & propter quid scimus, nam scimus ipsum habere duos rectos esse: & propter quid: & quid est ipsum habere duos rectos, scimus dico simul quia & propter quid: si modo per media sit hæc scientia, quæ media sunt definitiones causales: & definitiuæ rationes. ¶ Sed dubitabis & non ab ratione: quia proposuit declarare quando simul scimus si est: & quid est, Et tamen declarat per exẽ pla quando simul quia est: & propter quid est. ¶ Et dicendum in accidentibus idem esse si est. & quia est, accidentis n. esse est inesse: Idem. n. est scire defectum esse, & defectũ inesse Lunæ. Similiter idẽ est scire propter quid est: & qd est nã propter quid est, est ratio causalis: atq; definitiua ratio prædicati: cuius quærebamus existentiam. G Dubiũ Solutio In accid... bus idẽ e... si & qui... est scire pror qui... est & qu... est.

¶ Quod si non sit, esse quidem scimus: propter quid autem ne scimus. Atq; idipsum hoc exemplo patefitri potest. Sit nanq;, c, luna, a, defectio, b, non posse, cum est tota refecta lumine umbram efficere intercedẽte manifesto corpore nullo. Si igitur, b, quidẽ ipsi, c, insit, a, uero competat ipsi, b, lunam quidem deficere notum sit nobis. Cur autem deficit nondum est notum. Atq; defectionem quidem esse scimus, sed quid est defectio ne scimus. Atq; cum, a, quidem ipsi inesse, c, patet, quæritur autem propter quid inest. Nil aliud tum quæritur quã quid. Nam sit ipsum, b, utrum obiectio terræ in conuerso lunæ, an lucis eius extinctio. Hoc autem alterius extremi ratio est, ut hoc in exemplo ipsius, a, Est. n. defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum, est extinctio ignis in nube: propter quid tonitat: quia ignis in nube extinguitur. Nubes sit, c, Tonitruum, a, ignis extinctio, b, Igitur ipsi, c, nubi inquam, b, ipsum inest, extinguitur. n. ignis in nube. At huic, a, ipsum inest tonitruum seu sonus. Atq;, b, ratio ipsius est, a, primi inquã extremi. Quod si rursus huius aliud medium sit, id ex hisce rationibus erit quæ restant. H

¶ Si uero non: quia scimus, propter quid autem non scimus.

I . *Sit igitur Luna C, defectus A, Lunam plenam umbram non posse facere nullo nostrum medio manifesto existente: in quo B. Si igitur in C est, quod est Lunam non posse facere umbram, cum nullus nostrũ in medio sit. In hoc autẽ A quod est deficere, quia deficit quidem manifestum est: sed propter quid: nondum. Et quia defectus est quidem scimus, quid autem est: nescimus. Cum autem manifestum est quia A in C est: propter quid autẽ est quæritur: B est quærere quid est: Vtrum sit obiectio aut conuersio Lunæ, aut extinctio Luminis. Hæc autem est ratio alterius extremi: ut in his, quæ sunt ipsius A, est enim defectus obiectio a Terra: quid est Tonitruum, Ignis extinctio in Nube: propter quid Tonat, propter extingui Ignem in Nube, sit Nubes C, Tonitruum A, extinctio Ignis B, In C igitur Nube est B, extinguitur enim in ipsa Ignis, Huic autem inest Sonus, & est ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.*

K



Com. 64. ¶ Declarauit in quibus scimus simul quia est, & quid est: Et dixit nos scire simul si est: & quid est: quando scimus quia est per mdium hoc est per causam: nam causa est definitio causalis. Nunc vero declarat quando non scimus simul quia est: & quid est, & inquit. ¶ Si vero nõ scimus
L per medium .s. causale alicuius rei existentiam, sed per accidens illi existentiæ: quia est scimus: quid autem res sit, nescimus: & ponit exemplum sit Luna C, defectus A, Lunam plenam omni impedimento deducto Vmbram non posse facere, dico omni impedimento deducto, ita vt nec Nebula occultet Lunam, nec aliquo nostrum in medio existẽte manifesto: quo ipsa Luna occultetur: Lunam igitur plenam omni impedimẽto deducto Vmbrã non posse facere ponatur in quo B. Si igitur terminis sic dispositis: In C est B, Hoc est in Luna est non posse facere Vmbram: cum nullus nostrum in medio sit. Hæc.n. vera est Luna non facit Vmbram deducto omni impedimento. In hoc autem .s. B est A, quod est deficere, quoniam omne lumine deficiens non facit Vmbram: terminis & propositionibus ita cõcessis, quia deficit Luna quidem manifestum est: sed ,ppter quid deficiat nondum
M manifestum est: & ne quis dicat exemplũ non esse ad ,propositum, quia nos loquimur in qõne simplici. & exemplum est in composita: Ideo subdit: & quia defectus est, quidem scimus: quid autem est defectus. nescimus. Et ita patet in simplici qõne quando non simul scimus quia ẽ, & quid est. Deinde ostendit ordinem in quæsitis: vt ostẽdat hoc, quod dictum est, esse bene dictum, et inquit, Cũ autem manifestum est quia A defectus in C Luna est: & quæritur propter quid A inest ipsi C, hoc quærere ẽ B quærere quid est: Vtrum sit obiectio, aut conuersio Lunæ: aut extinctio lucis. Ab Antiquis tres causæ Eclypsis Lunæ assignatæ sunt. Quidam.n. dixerũt Lunã Eclypsari: quia habet duas facies: Alteram lucidam, Alteram Opacam: Cum conuertit ad nos Opacam faciem dixerunt illã Eclypsari. Alij dixerunt Lunam extingui in sua luce certo tempore: & certo non. Dicebant vero Eclypsari, cum extinguitur in luce. Veriores dixerũt Lunã Eclypsari cum Terra interponitur inter ipsam & Solem. Propterea Aristo. dicit B quærere est quid est: Vtrum obiectio Terræ, quæ reuera causa est Eclypsis: aut conuersio Lunæ: aut extinctio luminis. Verum istæ vltimæ duæ causæ (vt Philoponus inquit) falsæ sunt. Sed quæuis assignetur: hæc (vt Arist. inquit) ẽ ratio, & definitio alterius temini: vt in his definitionibus: quę sunt ipsius A, Est.n. defectus obiectio a Terra, & ita est definitio prædicati: cum reponatur in his definitionibus: quæ sunt ipsius A, quod est prædicatum. Et non contentus vno exemplo, apponit aliud secundum Pythagoram (vt dicit Philoponus) & inquit. Quid est Tonitruum Ignis extinctio in Nube facta, ,ppter quid Tonat: quia extinguitur ignis in Nube: ergo sit Nubes C, Tonitruũ A, extinctio ignis
B, terminis sic dispositis: C Igitur Nube est B, Extinguitur.n. in ipsa Nube Ignis, Huic autem B inest sonus siue Tonitruum: quod .n. extinguitur in Nube: tonat. Patet etiam hoc exemplo B esse rationem definitiuam atq; causalem ipsius A primi termini. Si autem iterũ huius aliud medium sit: ex reliquis erit rationibus. ¶ Thomas bonus Aristotelis interpres exponit hæc: Si autem inquit: Oportet accipere adhuc aliud medium ad demonstrandum definitionem Maioris aut de subiecto: aut de ipsamet Maiore: ex reliquis erit rationibus: hoc est tale medium erit ex rationibus subiecti, nam definitio subiecti potest esse medium ad demonstrandum definitionem maioris de maiore, & de subiecto illius maioris, potest.n. definitio hominis esse medium ad demonstrandum aptum ridere de risibili: & de ipso homine. Philoponus autem hæc Aristo. dicit addere: quia contingit quandoq; demonstrari prædicatum aliquod de subiecto per aliud prædicatum per se: quod per se competit prædicato demonstrato, vt si demonstraremus risibile de homine per disciplinæ capax: hoc pacto hominis homo ẽ disciplinæ capax, omne disciplinæ capax est risibile: ergo omnis homo est risibilis, Vbi patet risibile de homine demonstrari per quoddam prędicatum per se de risibili, & de homine: qđ non est definitio risibilis: ideo dicit. Si autem iterum huius maioris propositionis: videlicet omne disciplinæ capax est risibile, aliud medium sit, quia medium non est definitio: ex reliquis erit rationibus demonstrandum: vt pote ex ratione risibilis prædicantis de homine: & ita quotiens demonstratur passio de aliquo subiecto, & non per definitionem passionis, sed per aliam passionem: Potest adhuc accipi aliud medium scilicet definitio passionis: Illius ad probandam maiorem propositionem: hæc vt puto: Philoponus intelligit.

N

O

Qua S. Tho.

P Philopo.

Q

Tres causæ de eclypsis lunæ assignatæ fuerunt ab antiquis.

¶ Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est & sit notum, satis iã diximus. Quare ratiocinatio quidem ipsius quid est demonstratio quæ non fit per ratiocinationem tamen innotescit & demonstrationem. Quo circa neque sine demonstratione fieri potest, ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neque rursus ipsius est demonstratio, ut in dubitationibus etiam diximus.

¶ Quomodo quidem igitur accipitur quid est, & fit notum, dictum est. Quare syllogismus ipsius: quid est non fit, neque demonstratio. Manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere

A *scere quid est, cuius est causa alia, neq; est demonstratio ipsius: si cut & in oppositionibus diximus.*

Com. 65. Aliud est aliquid esse demonstrationem aliud esse notum per demonstrationem. Simplicij & Philip. expositio.

¶ Epilogat & ppositum concludit. Vbi debes scire aliud esse alicuius esse demonstrationē, & aliud est esse aliquid notum p demonstrationem: vel non sine demonstratione. Prędicati qd de aliquo subiecto demonstratur, demõstratio atq; syllogismus est. Et ipsum per demonstrationem innotescit: medium vero p qd pdicatum illud de subiecto demonstratur: p demonstrationē innotescit, quia non sine demonstratione patet: non tñ eius est demõstratio aut syllogismus: cũ de nullo vt prædicatum demonstratur. vult igitur (vt Philoponus & Simplicius exponunt) definitionis non eẽ demonstrationẽ tanq; pdicati: qd de subiecto demõretur. Sed vult ipsam p demonstrationẽ haberi, qm in demonstratione simul habetur qa est: & quid est. inquit. ¶ Quo quidem igitur accipitur qd ẽ:

B & sit notum: & dictum est: & mihi videtur verbũ quare legẽdum esse causaliter. q. d. causam eius: quod Epyio gauit, dicens, nam syllogismus ipsius quid est: vt de altero pdicantis non fit, neq; demonstratio: manifestũ tñ est p syllm & demõstrationem: saltem quia cõnotescit cum eo: quod demostrat. Et propterea concludit: quare neq; sine demonstratione est cognoscere quid est: eius rei vide licet: cuius est alia cã. & definitio causalis. Neq; est demõstratio ipsius (vt pdicati: vt in oppõnibus diximus) quia esset petitio princi pij. Ex his apparet qño definitio cã & medium idẽ est (vt Themistius colligit) Nã definitio est medium compositionis syllogisticæ, causa vero essendi prædicati: definitio autem prædicati.

¶ *Est aũt quorũdã quidẽ alia quædã causa, quorũdã aũt nõ est. Quare patet ut ipsorum quid est quædã uacare medio principiaq; esse. Quæ quidẽ & esse, & quid sunt supponere. uel alio mõ fa-*

C *cere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nam & quid sit unitas, & unitatẽ eẽ supponit. Eorũ aũt quæ mediũ habẽt, & quorũ est aliqua cã, alia a substãtia sit. ut p demonstrationem ipsum quid est, ut diximus declaretur, non demonstretur.*

¶ *Est aũt quorundã quidem altera quædã cã: quorundam aũt non est. Quare manifestum est quoniã & eorum: quæ sunt quid est:*

Tex. 9. *Alia quidem sine medio & principia sunt: quæ & esse: & quia sunt supponere oportet: aut alio modo manifesta facere: qd quidẽ Arithmeticus facit. Et namque quid est unitatem supponit: & quia est. Sed habentium medium: quorum est quædam altera causa substantia: est per demonstrationem (sicut dictum est) ostendere: non quid est demonstrantes.*

Com. 66. expõ Phi. ¶ Iste textus nõ ẽ leuis, nec clarus (vt vides) Philoponus exponit, q Aristo. postquã declarauit in ipso quia ẽ, qd per causam demonstratur, videri ipsum quid ẽ, Nũc oñ-

D dit non esse hoc in omnibus: nam definitionũ alia est: q nec p demonstrationem, nec in demonstratione innotescit. Alia vero, quæ licet non demonstratur, in demonstratione innotescit: pcedit autem a diuisione rerum: ad diuisionem definitionum: & inquit. ¶ Est autem quarundam rerum: quæ alteri inexistunt: vt Iræ Eclypsis: Tonitrui: & cæterarum id genus. Altera quædam causa, quia ipse non sibiipsi causæ sunt: vt alteri insint. Non enim ipsa Ira sibiipsi causa est: vt alicui insit: nec Eclypsis vt in sit Lunæ: nec Tonitruum: vt insit nubibus. Quarũdã autẽ rerum, quæ alteri insunt: non ẽ altera causa, Sed ipsæ sibiipsi causæ sunt: vt alteri insint. Vt Linea Vnitas Pũctus & similia: Vnũquodq; enim horũ ipsum sibiipsi cã est linea. n. sibiipsi causa est: quatenus est longitudo sine latitudine, & vnitas siliter sibiipsi causa ẽ, Et si qris hæc habere cãm: quia sunt accidentia. Rñdet Thomas: & quidem bene, hæc habere causam, Sed non vt contrahunt ad aliquod genus subiectum alicuius scientiæ, Vnitas. n. licet habeat causam, nõ tñ (vt contrahitur ad Arithmeticã) cuius subiectum est Vnitas: habet causam: nam in numeris est deuenire ad vnitatem: cuius in hoc genere nõ ẽ aliud principium. Ex hac diuisione rerum. cõcludit diuisionem definitionũ, & declarat quę definitiones in demõstratione patent: & quæ non patent: sed sunt p se notæ vel p sensum: uel seipsis: & inquit. Quare manifestũ ẽ qm & ipsorum qd quid est siue definitionũ. Alia quidẽ sine medio & principia sunt: sine medio quidẽ: quia earũ non est demõstratio, principia vero, quia ipsa & esse & quia sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta facere: vtpote per sensum. Sic igitur patet esse quasdam definitiones: quæ nec demonstrantur: nec in demõstratione innotescunt, Sed (Vt principia in scientijs supponuntur) & tales definitiones earum rerum sunt, quæ in scientijs sibiipsis causæ sunt. Quod quidem Arithmeticus facit: nã & quid vnitas sit: supponit, & quia est. Deinde tangit aliud membrum: & inquit. Sed rerum: quæ habent medium, hoc est, Sed rerum quæ alteri insunt per medium: quarum est altera causa ab ipsarum substantia siue existentia: vt sunt Ira: Eclypsis: Tonitruum, & id genus: ipsum supple quid est, est vt dictum est, p demõstrationem ostendere: non tñ quid ẽ demonstrantes. Sic igif definitiones aliæ sunt: quæ in demonstratione innotescũt: licet p demonstrationẽ (vt pdicata nõ demõstrãtur) & hæ sunt earum rerũ: quæ nõ sunt ipsæ sibiipsis causæ essendi: sed in subiecto genere alicuius sciẽtiæ habent alterã causam, ideo clarescunt, atq; siĩ cũ demonstrationibus inuestigãtur. ¶ Quo vero ad verba attinet: Verba illa definitiones quidẽ secundũ speciẽ factæ nullũ habẽt medium: quo demonstrẽtur: sed definitiones secundũ materiã factæ possunt habere medium: non legi in Græcis Codicibus, nec Philoponus: nec Simplicius in suis libris habebant, nec sunt ad ppositũ expositionũ Græcorũ. Propterea rectę Thomas inquit, Illa fuisse potius glossam, quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus.

E Dubiũ Responsio S. Th.

F

G Verborum expositio.

¶ *Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quod est, patet quandam definitionem orationem esse, quæ id explicat quod nomen significat, uel quæ nominis interpretationem complectitur, ueluti quid significat triangulus nomine, quem habente sesse, querimus. deinde propter quid est.*

¶ *Definitio autẽ: quoniã dicitur rõ ipsius quid est: manifestũ est: quoniã aliqua quidẽ rõ erit ipsius quid significat nomẽ: siue altera rõ nominalis: ut ipsum qd significat: quid ẽ ingtum triãgulus, quod quidem habentes quid est: Querimus propter quid est.*

H

Com. 67. ¶ Duo hucusq; declarauit: an definitionis sit demonstratio, & qño definitio in demõstratione colligatur: At nũc distinguit definitionẽ, & declarat quot modis dr definitio: & hoc ppter duo (vt Phil. inquit Et vt intelligamus de qua definitione ea, quæ: dicta sunt intelligenda sunt, & vt sciamus quid ipsa definitionis definitio sit: Cum. n. definitio sit multiplex: non potest sciri quid ipsa definitio sit, nisi multiplicitas tollatur: inquit. ¶ Quoniam autem definitio dicitur ratio ipsius quid est: & quid est duplex est: aut quid est absolute: aut quid est ipsum nomẽ significãs: manifestum est, quoniam definitio duplex est, Aliqua quidem rõ erit ipsius significantis: vt ipsius quid

I significat nomē.Siue(q̄d idem eſt) Altera eſt ratio nominalis:quæ dr̄ interpretatiua nominis, Altera ſupple erit ipſius ſignificati(vtpote quid ipſum ē)et ponit exēplum nominalis definitionis:& inquit.Vt ipſum nomē triangulus,q̄d ſignificat,quid ē inquantum triangulus, hoc ē ſignatū nomen trianguli. Deinde ſequuntur illa verba q̄d quidem hn̄tes & reliqua,& poſſunt legi ſic:Q̄d quidem habētes:quid eſt,illud q̄d ſignificat:q̄rimus pp quid eſt. Et tunc iuxta hanc expōnē velle videtur Ariſto. de nomine eſſe:duas q̄nes vt quid ſignificat nomen:ꝓpter q̄d ſignificat,ut hoc nomen Lapis quid ſignificat, ſi dr̄ Silicem,vel Marmor,quæri pōt vlterius:quare:& poſſumus dicere quia lędit pedē : Siliter de nomine trangulus , q̄ri pōt quid hoc nomen ſignificat,& poſſumus dicere hanc figuram,q̄ in puluere ē, Iterum ſi quis q̄rat ꝓpter quid. dicemus,quia triangulus dr̄ quia ē trium angulorū Vel
K lege ſic:quod quidē ſignificatū trianguli habētes q̄d eſt ideſt eſſe,& q̄ ſit:quærimus pp quid eſt,& tunc vult ſciri aliq̄n rem eſſe ex interpretatiua rōne:& quum ſcif rem eſſe ex interpretatiua rōne,quærimus:pp quid eſt res illa.Philoponus legit ſic:q̄d quidem habētes quid ē:hoc ē quam definitionem nominalē cum inuenimus prius q̄ eſt:Tunc quærimus pp quid eſt:id eſt cāle rei definitionem:quæ eſt aſſecutiua naturæ rei,& ita innuit ordinem definitionum:eſt definitio nominalis prior, poſtea eſſentialis:quæ eſt & cauſalis:& hæc expoſitio magis placet. Philopo.

¶ Difficile autem eſt hoc pacto ſumere ea quæ neſcimus eſſe,cau ſamq; difficultatis antea diximus nam neq; ſi ſint an non ſint ſci mus,niſi per accidens.

¶ Difficile autem eſt ſic accipere,quæ non ſcimus quia ſunt,cauſa autem prius dicta eſt difficultatis , quia neq; ſi eſt aut non eſt ſcimus niſi ſecundum accidens.

L ¶ Quia Ariſt.accepit duas eſſe definitiones, Alteram nominis:Alterā rei:quam cāle:& pp quid appellādi: Nūc (vt Philoponus arbitratur ponit drīam inter illas)&vult definitionē nominis poſſe haberi ſine p̄ſcientia ipſius q̄a eſt:Scimus.n.quid nominis Vacuum: & nō ſcimus q̄a ē. At definitio rei haberi non pōt,niſi præſciamus quia eſt res.Et iuxta hæc lege dificile autē immo impoſē ē ſic id eſt quiditatiue accipere ea,quæ nō ſcimus q̄a ſunt : & cā difficultatis dicta eſt prius.ſ.q̄a ſi ē p̄cedit quid eſt. At q̄d nominis haberi pōt ſine p̄ſentia exiſtētiæ rei.¶ Et dices cōtra quoniā definitio q̄d nominis vr̄ ſufficere pro ſcientia exñtiæ rei,R̄ndet talem non ſufficere:quia neq; ſi eſt aut non ē ſcimus p definitionē quid nominis ſup. niſi p accidens: vtpote inquantum rō nominis ſumitur: aliquo mō ab accidentibus rei,quæ ſignificaf p nomen. ¶ Vel fortaſſe aliter hæc verba intelligi poſſunt : dictum eſt .n. poſt ſciētiam quid rei.¶ Contra q̄s obijceret,quia tūc q̄d rei poſſet haberi ſine præſentia exiſtētiæ:cum ſtatim ad quid nominis ſequatur quid rei. Reſpōdet difficile autē ē ſi.ſ.quiditariue accipere ea: quæ nō ſcimus quia ſunt:& ita poſt ſcientiam quid nominis:non ſtatim ſcimus quid rei, niſi cū difficultate & cā difficultatis dicta eſt prius: q̄a nō mō ignoramus quid ē ignorato quia ē,immo nō poſſumus ſcire quia eſt niſi ſciamus quid ē,quia ignorato quid eſt,ignoramus quia ē:& ſolū p accidens poſſet ſciri.Quare intelligendum eſt poſt ſcientiam nominis ſequi ſcientiam quid rei,non tñ ſine ſcientia exiſtētiæ illius rei. Sed poſt ſciam quid nominis,habebimus ſimul q̄d rei, & q̄a ē p artem ſuperius aſſignatam, Diximus.n.quia eſt quā-

Com.68. Expoſitio Philopo. alia expō M

do habetur non p definitionem,non ſciri niſi p accidēs. N

¶ At.n.oratio ē una dupliciter. Alia nāq; cōiunctione eſt una, ut Ilias. Alia quia unū de uno declarat,nō p accidēs. Vna igitur hæc ē diffinitio diffinitionis quā diximus. Alia aūt ē diffinitio oratio quæ declarat pp quid ē. Quare prior ſignificat quidē, ſed non oſtendit,poſteriorem autem patet quaſi demonſtrationem eſſe ipſius quid,eſt poſitione differentem a demonſtratione.

¶ Ratio autem una dupliciter ē:hæc quidē cōiunctionē:ut Ilias: Alia uero unum de uno oſtendens nō p accidēs. Vnus quidē igitur terminus termini eſt:qui dictus ē. Alius uero terminus eſt rō demōſtrās pp quid eſt:quare prior ſignificat quid ē: demōſtrat aūt minime. Poſterior uero:manifeſtū eſt quoniā erit ut demonſtratio ipſius quid eſt poſitione differens a demonſtratione. Text.10.

¶ Dictū eſt definitionē eē rōnē:ſiue orationē,ipſius quid eſt,ꝓpterea ex his:q̄ orationi accidunt:(vt Philoponus inquit)Ponit accidentia definitionis.Et inquit.¶ Rō autem vna dupliciter eſt:hæc quidē coniunctione vna eſt , vt Ilias.Tota.n.hiſtoria de bello Troiano eſt vna oratio cōiunctione vnius dictionis,quæ eſt hæc Ilias. Significatur n.tota oratio de bello Troiano vno nomine videlicet Ilias.Pōt etiā oratio eſſe vna coniunctione ideſt copulatione:vt copulatiua propō. Socrates eſt Philoſophus & Socrates eſt Muſicus : vel diſiunctione: vt omne Ens eſt agēs vel patiens.Sic igitur oratio eſt vna primo modo:q̄ cōiunctione eſt vna:ſiue illa coniunctio ſit dictio:ſiue nota:Alia vero dicitur una: quia declarat vnum prædicatum & non per accidens de vno ſubiecto, eo q̄ eſt aſſecutiua vnius naturę.Dixit non per accidens, quia ſi p accidēs:prædicaretur prædicatum de ſubiecto:cum accidēs ſit aliud quid ab ipſo ſubiecto: Talis definitio non dicef vna oratio ſic igitur oratio dupliciter dicitur vna: aut cōiunctione,aut aſſentia & vnitate prædicati:quare cū definitio ſit oratio,etiam definitio dicetur vna dupliciter, coniunctione,& ſic definitio nominalis eſt vna:aut vnitate prædicati:& ſic definitio quid rei eſt vna. Patet ergo (vt recte.Philoponus inquit)ex accidentibus orationis: quę eſt genus definitionis,colligi accidentia definitionis, quæ eſt illius ſpecies . Ex his colligit definitiones definitionum:& primo definionis dicentis quid: eſt .n. definitio dicens quid,Oratio vna vnum de vno declarans nō per accidens:& hoc inquit. Vnus quidem igitur terminus & definitio termini ideſt definitionis eſt : qui dictus eſt.Dictum eſt.n.definitionem dicentem quid eſſe orationem vnā Vnum prædicatū de vno ſubiecto p ſe declarantē.Deinde ponit definitionem definitionis cauſalis , q̄ dicit ꝓpter quid & inquit. Alius vero terminus eſt Oratio demonſtrans ꝓpter quid,hæc eſt definitio definitionis dicentis ꝓpter quid:tacuit autem definitionem definitionis nominalis:quia ſuperius eam poſuit.Ex his(vt mihi videtur)Colligit differentiam inter definitionē dicentem quid:& definitionē dicentē pp quid,& inquit.Quare prior quidē definitio,quæ dicit quid: ſignificat quidē ipſum quid rei ſup.demonſtrat vero minime : cū potius ſit vt Concluſio: & non vt demonſtratio : Vt dicemus poſtea.Poſterior vero.ſ.quæ dicit propter quid:manifeſtum eſt quoniam erit quaſi demoſtratio ipſius quid eſt: ideſt ipſius definitionis dicentis quid pōne differens a demonſtratione:hæc eſt differentia . Ex hoc apparet Error eorū:q̄ dixerunt Ariſt.poſuiſſe differentiā inter nominalem definitionem,& definitionem dicentē pp quid.Hoc enim falſum eſt:& ſuperfluum,quia ſuperius poſuit.

Com.69. O P Q Error aliquorum.

¶ Intereſt

A *❡ Interest.n.cum propter quid tonitat, atq; quid est tonitruum dicitur. Quippe cum ad primum hæc accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur. Ad secundum hæc competat, sonus cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerso dicitur modo. Et illo quidem modo continua est demõstratio, hoc autem est diffinitio.*

❡ Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est tonitruum. Dicet enim sic quidem propter id, quod extinguitur ignis in nubibus. Quid tonitruum est. Sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem oratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio.

Cõ.70. ❡ Dixit causalẽ, definitionẽ quã propter quid vocat: a demonstratione non differre nisi positione. Nũc illud declarat: & sumit pro demonstratione hãc: videlicet. Quia extinguitur ignis in nubibus, pro definitiõe vero ꝓpter qd: sumit sonus extincti ignis in nubibus, ꝙ illa demonstratio B patet quia si quæratur propter quid Tonat: ipse demonstrans. Dicet, quia extinguitur ignis in nubibus. Quod vero alia sit definito, etiã constat, quia si quæraf quid sit tonitruũ. Dicet definiens. Sonus extincti ignis in nubibus. Quare prima est demonstratio, cũ assigneť pro cã quæsiti ꝓpter qd. Secũda definitio, cũ assignetur rñsio ad quæsitũ qd est, vnde inqt. ❡ Dixi definitionẽ ꝓpter quid non differre a demõne, qa differt dicere in qõne ꝓpter quid tonat: & qd est tonitruũ: nã ad primã qõnẽ dicet demõstrans sic qdẽ: ꝓpter id qđ extinguitur ignis in nubibus, & sic totũ hoc qa extinguitur ignis in nubibus: ꝓ demrõne sumitur: qa assignatur ꝓ cã in quæsito ꝓpter quid: tonitruũ est si fiat qõ: dicet definiẽs, Sonus extincti ignis in C nubibus, & sic hoc totũ. Sonus extincti ignis in nubibus est definitio ꝓpter qd: qa assignatur pro rñsione ad quæsitũ qd est. Mõ hæc duo .f. & illud qđ assignatur pro cã in q̃sito ꝓpter qd, & qđ assignatur pro rñsione in q̃sito quid est eadẽ sunt: & in paucis differũt: ideo cõcludit. Quare eadẽ oratio alio mõ dicitur atq; alio, licet re & subiecto eadẽ sit: & sic quidẽ (vt assignaf pro causa in quæsito ꝓpter qd) est continua demrõ: sic autẽ .f. vt assignatur rñsio

Obiectio. in quæsito qd est: est definitio. ❡ Sed dices non vr̃ eadem oratio esse. Vtraq; illarũ, quia prima quæ assignatur pro cã, non sumit sonũ: per quẽ datur intelligi definitio dicẽs quid. Vt.n. dicemus: Tonitrui definitio dicẽs quid: quam Philop. vbiq; materialẽ appellat: est hæc: Sonus in nubibus, modo illud: quod assignatur pro cã in quæsito ꝓpter qd: nõ sumi hanc partẽ, quæ est loco definitionis materia D lis: siue dicẽtis quid: illud vero qđ assignatur ꝓ definitione in quæsito qd est: sumit illã partẽ: nã definiens rñdet, est sonus extincti ignis in nubibus: ergo hæc oratio nõ vr̃ eadẽ: immo differt re: cũ in vna aliqd sumatur: quod non sumitur in altera: aggregat.n. scđa vtraq; definitionẽ & dicentẽ qd siue materialẽ: & dicentẽ ꝓpter quid siue formalẽ: quas prima oratio nõ cõprehendit: vt intelligenti patet.

Solutio. ❡ Et dicendũ (vt innuit Philop.) demonstratorẽ prætermisisse materialẽ cãm tonitrui, scilicet sonũ: vt facturus ipsam concõnẽ: sumpsit aũt formalẽ vt vtilẽ sibi ad demonstrationẽ: & sic si recte intellexi: vult materialẽ esse subintelligendã, hoc pacto, ꝓpter quid tonat. Demõstrator rñdet: qa extinguitur ignis in nubibus tonat. Modo tota hæc: quia extinguitur ignis in nubibus, Tonat, est assignata pro demõstratione: ꝓ cã vero quæsiti. Illa solũ: quia extinguitur ignis in nubibus. Prætermisit ergo: quia assignauit cãm: ex qua sequitur illud qđ prætermisit. Debet aũt subintelligi: cũ assignetur illa oratio pro demõstratione. E Nã tunc in tali oratione habentur tres termini maior: quæ est passio: videlicet tonat. Minor subiectũ: videlicet nubes, & cã, videlicet extinguitur ignis in nubibus, & ita habetur tota demonstratio, Arist. vero partẽ illã: quia (vt dicit Philoponus) definitio habens in seipsa cãm existentiæ rei: modo quodã ostendit rẽ illam, quare oratio: quã pro cã assignauit: videtur quodãmodo tota demonstratio.

Dub.1. ❡ Sed dices dato ꝙ debeat subintelligi in oratione illa, quæ assignatur pro demõstratione, materialis definitio: qũo differt positione ab eadẽ oratione quæ assignatur pro definitione.

Secunda. ❡ Præterea, Vtrũ sit alia differentia: etiã dubitatur.

Rñ. Phi. Ad primã. ❡ Respondet Philop. ad primã, eas positione differre: inquantũ definiens quidẽ in secunda: quã pro definitiõe assignat, incipit a materiali cã cũ dicit est sonus: F & descendit in formalẽ cãm, cum inquit extincti ignis. Demõstrans vero in prima: quã pro demonstratione assignauit. Primo sumit formalẽ cãm tanq; mediũ terminum cũ dicit: quia extinguitur ignis. Deinde sic concludit materialẽ, cũ sub intelligit: Tonat: & sic differũt põne siue ordine terminorũ.

Alia Rñ. ❡ Vel aliter (vt Philoponus etiã innuit) differunt positione, quia in oratione, quæ ꝓ cã assignat demonstrans separauit formalẽ cãm a materiali: quia accepit expresse formalẽ, prætermittẽs materialẽ: volẽs illã esse subinferendã, definiens vero in oratione, quã pro definitione assignat: simul formalẽ & materialẽ quasi ꝓ vno termino sumpsit.

Ad secũdã ❡ Ad secundã vero dicendũ est: ꝙ non solũ oratio illa est alia vt assignat pro cã: & vt assignatur G pro definitione ꝓpter põnẽ terminorũ, sed ꝓpter differentiã modi: quo accipiuntur termini: nã ea oratio vt assignatur pro defininone, termini sumũtur in abstracto. Vt vero assignatur pro cã & demonstratione, termini assignantur in cõcreto. Quã differentiã Arist. non expressit: qa quasi per se patet.

Obiectio. ❡ Sed dices nonne accidens, & in abstracto: & in concreto sumi potest: ergo vtroq; modo definiri.

Solutio. ❡ Propter hanc cãm fortasse Arist. tacuit hãc differentiã in tali oratione, cũ vtroq; modo illa passio: quæ tonitruũ est, accipi & definiri possit: & solũ accepit differentiã penes positionẽ. Siquis.n. dicere tonare est sonare ignis extincti in nubibus, non male diceret.

Alia solu. ❡ Vel fortasse dici potest, accidẽtia nõ posse definiri proprie. nisi vt sumuntur in abstracto: quia definitio non est nisi substãtiæ, vel eius quod habet modũ substãtiæ: modo accidens in cõcreto nec est substantia, nec se habens per modũ substã H tię. Propterea ꝓprie in abstracto definitur, vt vero demõstratur, accipitur in concreto, quia nõ demonstratur: nisi, vt prædicatũ de subiecto: de quo proprie in concreto p̃dicatur.

Cur Arist. eã orõnẽ quã a demõstrante ꝓ demõstratione assignat cõtinuã demõstrationem appellauerit. ❡ Animaduerte Arist. Orationẽ: quã demõstrans assignat pro demõstratione: siue pro cã: appellare continuam demonstrationẽ, quod cur sic appellarit, non constat.

Alex. & S. Tho. ❡ Alexander eã orationẽ continuã dicit inquantũ nõ habet diuisas propositiones aut separatas a conclusione: sed vt in vna quadã cõtexione enũciatas. Quã expositionẽ Thomas noster sequitur.

Philopo. ❡ Philoponus vero dicit eã orationẽ esse continuam demõstrationẽ: quia est in prima figura: cũ nec mediũ supponatur extremis: nec extraponitur.

Propria expõ. ❡ Ego vero his non aduersando, dicerẽ Aristo. totã illã orationẽ (quia extinguitur ignis in nubibus) Tonat, appellare continuã demõstrationẽ: qa ꝓpones sunt cõiunctæ per notã cãlem qa cuius oppositũ est in demõstratione explicita: nã in ea propõnes abiunctę sumuntur

I per nullam notam coniūctæ:nisi solo medio termino.

Præterea est tonitrui diffinitio sonus in nubibus, atq; hoc est demonstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est conclusio. Eorum autem diffinitio quæ mediis uacant indemonstrabilis est ipsius quid est positio.

Amplius est terminus tonitrui sonus in nubibus, hoc autem est ipsius quid est demonstrationis conclusio. Immediatorum uero terminus positio est ipsius quid est indemonstrabilis.

Com.71. Locutus est de definitione nominali:& de definitiōe cāli dicēte ꝑpter qd:at nunc de alijs duabus definitionibus inqt. Amplius. vltra has definitiões, quas dixit est alius tonitrui terminus dicens qd:q̄ eius materialis definitio dr: vt placet Philopono:qa datur p genus & p subiectū:in quibus vt in materia fit tonitruū:& est sonus in nubibus. Deinde innuēs differentiā huius ad definitionē dicentē ꝑ K pter quid, inqt. Hæc aūt est ipsius qd est: hoc est dicentis qd.& cōclō demonstrationis. In demonstratione.n. concluditur sonare siue sonare nubes: quia patiūtur in ipsis ignis extinctionē. Deinde ponit aliā definitionē:quæ nec est demōstratio, nec cōclusio demōstrationis, sed positio in sciētia:quasi illius dignitas, vt in geometria ipsius punčti. Punctus est:cuius pars nō est,& in arithmetica vnitas est principiū primū nūeri. Et inqt. Immediatorū vero terminus atq; definitio pō est ipsius qd est:qd est indemōstrabile. Dicūtur aūt hæc immediata pūctus in geometria: & vnitas in arithmetica:qa in talibus sunt primā nihil habētia prius in quo resoluūtut in talibus sciētijs(vt diximus) definitiones ergo taliū dicuntur dignitates particularium scientiarū:quia supponuntur, vt positiones.

Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est indemōstrabilis. Alia uero rōcinatio ipsius quid est a demonstratione differēs casu, Et tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio.

L *Est ergo terminus unus quidem ratio ipsius quid est indemōstrabilis. Vnus uero syllogismus ipsius quid est casu differens a demōstratione. Tertius uero ipsius quid est demōstrationis cōclusio.*

Com.72. His declaratis. Nunc colligit omnes definitiones rei. Dico rei:quia nominalē non enumerat fortasse suppositiones illam enumeratā:& inquit. Est ergo term nus vnus quidem ratio eius quid est expositiua:quod demonstrari nequit:quam positionem appellauit in scientijs. Vnus vero terminus & secundus est definitio propter quid syllogismus ipsius quid est casu differens a demonstratione:casu quidem, quia penes concretum & abstractum(vt dictū est)& nō modo casu:sed positiōe, vt dictū est. Tertius vero terminus est ipsius quid est:& materialis definitio de-

M monstrationis conclusio. Sed videntur quinq; definitio-

Dubitatio nes(vt Themistius innuit)Prima nominalis. Secunda dicens quid & materialis tantum. Tertia causalis tantum. Et dicens propter quid. Quarta vtrāq; complectens, scilicet & quid & propter quid. Quinta deniq; positio in scien-

Solutio. tijs. Et dicendum sine dubio esse quinq; si enumerentur distincte. Sed quia causalem & quid complectētem Arist. simul enumerauit. Ideo quatuor esse videntur, vna scilicet compræhendente duas.

Patet igitur ex hisce quæ diximus, quo pacto est, quo pacto nō est ipsius quid est demonstratio. Et quorum est & quorum non est, quotq; modis præterea dicitur diffinitio, quoq; pacto ipsum quid est ostenditur. Et quo pacto etiam non ostenditur. Atq; quorum est & quorum non est. Insuper quomodo sese habet ad demonstrationem, quo nãq; modo fieri potest, & quomodo fieri nequit, ut eiusdem sit diffinitio demonstratione.

Manifestum igitur ex dictis est & qualiter est ipsius quid est demonstratio, & quomodo non est. Et quorum est, et quorum nō est, Amplius autem definitio & quot modis dicitur, & qualiter quid est demonstrat, & quomodo non demonstrat. Et quorū est, & quorum non est. Adhuc autem & ad demonstrationem quo modo se habet & quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit. N Tex.11.

Epilogat omnia:quæ dixit,& inquit. Manifestum est igitur ex dictis,& qualiter est ipsius quid est demonstratio:quia simul scilicet inuestigatur cum demonstratione, & quomodo non est: quia vt conclusio & prædicatum non demonstratur. Præterea ex dictis etiam patet & quorum:id est quarum definitionum proprium est inuestigari cum demonstratione: quia illarum rerum definitionū proprium est inuestigari cum demonstratione: quæ alijs inexistunt:vt definitionum eclypsis:Tonitrui & taliū. Et quarum definitionum non est proprium cum demonstratione inuestigari, quia definitionum immediatorum. Amplius ex dictis patet quot modis definitio dicitur:quia duplex nominalis,& rei declaratiua: quæ vlterius quot modis subdiuisa sit: etiā patet. Insuper ex dictis patet. quomodo quid est atq; definitio demonstrat:hoc est quomō definitio est vtilis ad demonstrationem: nam formalis definitio dicens propter quid est vtilis:vt medius terminus: & quomodo non est vtilis: quia formalis definitio non est vtilis, vt fiat conclusio demonstrationis. Rursus ex dictis patet quorum est definitio, quia incomplexorum,& quorum non est:quia non est complexorū. Adhuc patet ex dictis qūo definitio se habet ad demonstrationē: nā dictum est:q; est demonstratio positione differens. Demum patet ex dictis qūo contingit eiusdē esse definitionē,& demonstrationē:quia secundū aliā atq; aliā rationē:nā alicuius est definitio inquantū definibilis:& eiusdem est demōstratio, inquantū demonstrabilis: & qūo non contingit, quia eiusdem eodem respectu nō est definitio & demonstratio. Sed circa hæc dubitaret quispiam: quia Philop. dicit duas definitiones dicentē quid:& materialē:& dicētem propter quid:& formalē:definitio data per agens & per finē quæ definitiones sunt, Verū formales an materiales. Robertus Linconiensis cognomento Grossatesta tradit definitionem omnē esse aut formalē, aut materialem:& dicit eam, quæ dicit finalē cām:esse formalē:quia finis operatio est ab ipsa forma agrediens. Eā vero, quæ dicit agentē cām, asserit esse materialē: quia agens potius in materiā reducitur qa vtraq; causa vnde motus principiū est. Sed hoc non placet: quia licet forma finis & efficiens(vt secūdo libro physicorū dicitur) multoties coincidant in idē: nūq; tamē agens venit in speciem materiæ. Alij vero dixerūt agentē causam:& finem reduci in formam:& ita definitiones illæ formales dici possunt. Sed eadem ratione definitio dicens materiam dicetur formalis:quia materia reducitur ad agentem causam(vt secūdo physicorum dicitur). Ego vero in verbis Aristo. non lego quæ sit formalis definitio,& quæ sit materialis. Sed dicit aliquā esse dicentem quid. Aliquam vero causalem dicentem propter quid. Propterea saluo meliori iudicio:dicerem omnem definitionem dicentem causam quamuis esse formalem, modo sit quietans,& faciens propositiones immediatas. Vnde siue detur per materiam: siue per formam, siue per quamuis causam:siue simul: siue seorsum modo faciat propositiones demonstrationis immediatas,

Right margin notes: Com. 73 · O · Dubitatio · Que Lin. · Q · Reputatio. T.cō.70. · Alia solu. · Refutatio. · Te.c8.26 Propria solutio. · P

A diatas,formalis dicetur definitio. Vnde causalis definitio & formalis, & dicẽs ꝓpter quid idẽ est. Cur vero omnis talis:quæ dicit cām:dicaẽ formalis. Arbitror esse qa forma dicitur oẽ declarãs:& alio notius.Definitio vero dicẽs quid(vt genus & subiectũ) verbi cã sonus in nubibus:dicitur materialis:quia omne declaratum & ignotũ potest materia dici respectu declarantis & respectu notioris.Prӕterea genus & subiectũ alicuius passionis semper sunt materiæ:in quibus passio illa fit.Fateor tamen Aristo.in hac definitionum numero nec materialis definitionis,nec formalis meminisse.Melius autem res hæc patebit per ea:quę Aristo.dicet postea.

Quare ois definitiõis quæ dicit cām dicaẽ formalis & quæ dicit quid materialis

¶Cum autem tum arbitremur scire cum cognoscimus causam. quatuor uero causæ sunt.una quidẽ quidditas alia aũt quæ cũ sint hoc esse necesse est, & tertia quæ primũ mouit, & quarta gratia

B *cuius cætera fiũt oẽs hæ per demonstrationis mediũ ostenduntur. ¶Quoniam autem scire opinamur,cum scimus causam, Causæ autem quatuor sunt. Vna quidem quod quid erat esse. Vna uero cũ hæc sint,necesse est hoc esse.Alia autẽ,quæ aliquid primo mouit. Quarta uero,cuius gratia,oẽs hæ per mediũ ostenduntur.*

Com. 74 ¶At nũc:ꝙ mediũ demõstrationis sit cã, vult declarare, quo fit(vt recte illud Themistij dictũ sit)mediũ cãm , & definitionẽ idẽ esse.Accipit itaqꝫ primo omnes causas ꝑ mediũ ostendi:& intelligit nõ ꝙ illæ per mediũ ostendãtur:vt prædicata vel conclusiones.Sed ꝙ vnaquaqꝫ ipsarũ ostendatur per mediũ(vt Philop.inquit.)Quia locum medij cõpicit. Vel ostendũtur per mediũ. Vt cointellectæ in demonstratione, nõ vt intellectæ per demonstrationẽ. Vnaquęqꝫ enim causa ostenditur per mediũ quia nobis

C innotescit eius rõ in demonstratione per rationẽ medij inquit.¶Qm autẽ scire opinamur cũ scimus cãm rei existẽtiæ.Et causę ipsæ quatuor sunt.Forma:quæ dicitur quod quid erat esse.Materia,quæ est de numero illarum causarum:quæ cum sint necesse est hoc esse:& loquitur in plurali:ꝓpter effectus artificiales:qui nõ materia cõstant,sed pluribus. Vel loquitur respectu proximarũ materierũ, ex quibus constãt effectus naturales,nã licet in prima materia vna omniũ sit:eiusdẽ effectus plures sunt materię ꝓximæ.Modo materia cõmuni posita non necessario effectus est:sed proximis materijs acceptis:& dixit signanter quæ cũ sint necesse est hoc est : quia res rõne materiæ est necessaria necessitate simpliciter: necessitas cæterarũ causarũ est ex conditione(vt secũdo physicorũ dicitur) Tertia causa efficiens est,quæ est aliquod mouens , vel quæ ali-

D quid primo mouet:& dixit primo: fortasse ad differentiam instrumentaliũ causarũ. Vel dixit primo(vt Philop. innuit) ꝓpter causas agentes secundarias.Quarta est finalis cã,quæ est cuius gratia cætera fiunt . Ideo concludit omnes has per medium demonstrationis ostendit : quia sub ratione medij in demonstratione indicantur:propter quod verbum per:sonat potius similitudinem, & accipitur pro ipso vt:quasi sit sensus omnes has nobis patere in demonstratione vt medium.

¶Nam id quod cum sit necesse est hoc esse,non est una propositione sumpta,sed saltem duabus. Hoc autem est cũ unum medium habent.Hoc igitur uno sumpto necesse est conclusionem esse.
¶Etenim id,quo existente,hoc necesse est esse. Vna quidem propositione accepta non est,duabus autem ad minimum,Hoc autẽ est, cum unum medium habeant.Hoc igitur uno accepto,conclusionem necesse est esse.

¶Quia Aristo. in proximo textu de materiali causa ita dixit. Vna vero , quæ cum sint necesse est hoc esse.Ideo nunc exponit quomodo hæc verba intelligenda sunt. E Com. 75.
Potest enim intelligi ex materia aliquid sequi . Vel vna propositione assumpta:vel duabus:ideo inquit.¶Etenim id:quo existente:necesse est hoc esse,vna quidem propositione accepta:non est,quia ex vna propositione syllogistice nihil sequitur: sed necesse est hoc , acceptis duabus propositionibus ad minus. Hoc autem est , hoc est dico autem in duabus propositionibus cum propositiones habeant vnum medium:in quo communicant:nã hoc vno medio sic in duabus propositionibus assumpto necesse ẽ conclusionem esse:sed si invna propositione assumeretur, non esset conclusio necessario sequens. Similiter si duæ ꝓpositiones assumerentur non in vno medio communicãtes:nihil sequitur.Et(vt recte expositor inquit). Hæc expositio in omnibus causis intelligitur: non enim ex causa in vna propositione assumpta necessario conclusio sequitur sed cum causa assumitur in duabus propõnibus. F St.Tho.

¶Patet autem & hoc pacto. Cur rectus his angulus est . qui in semicirculo designatur,quid cum sit rectus est ille. Sit itaqꝫ rectus,a,Dimidium duorum rectorum,b, angulus deniqꝫ qui est in semicirculo designatus,c,Vt igitur ,a, id est rectus competat ipsi c,id est angulo qui est in semicirculo designatus . causa est ipsum b.Nam duorum quidem rectorum dimidium æquale est ipsi,a.Ipsum autem,c,æquale est ipsi,b. Angulus enim In semicirculo dignatus duorum rectorum dimidium est.Cum igitur,b,duorum recterum dimidium sit,a.competit ipsi ,c, quod quidem est rectum cum angulum esse qui est in semicirculo designatus. G
¶Manifestum autem & sic,propter quid rectus est,qui in semicirculo est,quo existente rectus est. Sit igitur rectus in quo,a,mediũ duorum rectorum,in quo,b,qui est in semicirculo,in quo,c.Eius igitur,quod est,a,rectum inesse,c,quæ est in semicirculo . Causa est,b. Hic quidem enim ipsi,a,æqualis est,c,autem ipsi,b,duorum enim rectorum medium est,b,igitur existente medio duorum rectorum,a,inest ipsi,c,hoc autem in semicirculo rectum esse.



H



¶Exemplificat de his,quæ dixerat,& ostendit per exempla,quomodo per vnumquodqꝫ genus causæ contingit demonstrationem fieri: & primo in genere causæ materialis ponit exemplum,& quidem in mathematicis:supponit.n.angulum qui est in concauo semicirculi, esse dimidium duorum rectorum:quod ex tertio libro Euclidis Com.76.

I demonstrari potest:& nunc supponatur:non enim exemplorum quaerimus veritatem. Supponit secundo dimidium duorum rectorum esse rectum: quod Ilico patet, si cut dimidium duorum palmorum est palmus: & duorũ digitorũ digitus. Tunc disponit terminos, & inquit. ⁋ Manifestum est autem & sic, scilicet per exempla, quod diximus:dixit enim per vnumquodq; genus causae fieri posse demonstrationem. Ideo ostendit per exempla. Et primo in genere causae materialis in mathematicis, & inquit. Propter quid rectus est is angulus: qui in semicirculo est. Vel supple tu:quid est illud:quo existente rectus est is angulus:qui in semicirculo est. Respondet per causam materialem:& disponit terminos, & inquit. Sit igitur rectus in quo.a.hoc enim quaeritur (vt maior extremitas de angu-
K lo)qui est in semicirculo. Mediorum duorum rectorum sit in quo.b. Angulus vero q est in semicirculo sit in quo c. Terminis sic dispositis. Eius igitur quod est a rectũ inesse ipsi.c.qui est in semicirculo angulus: causa est.b. cuius rationem affert:& inquit. Hic quidem enim ipsi.a.aequalis est:conuertitur enim b.cum ipso.a. nam omne dimidium duorum rectorum est rectum: & omne rectum est dimidium duorum rectorum.c.autem ipsi.b. aequalis est: conuertuntur enim similiter, est enim.c. duorum rectorũ dimidium:& econtra. Terminis sic dispositis: inquit.b.igitur existente medio duorum rectorum.a.inest ipsi.c. hoc autem erat maior quaesita.s. angulum in semicirculo rectum esse. Quare demonstratio patet:omne enim dimidiũ duorum rectorum est rectum. Et qui est in semicirculo angulus:est dimidium duorum rectorum, ergo est rectus.
L ⁋ Sed dices quomodo haec demonstratio est per materiã.
Solutio. Dubitatio ⁋ Patet solutio:quia dimidium duorum rectorum est materia anguli recti, constat enim rectus ex duobus angulis rectis:ergo dimidium duorum rectorũ est pars recti: q͂d demonstratur de angulo, q͂a est in semicirculo:& cũ pars sit totius materia, iure haec demõstratio erit per materiã.

⁋ *Quidditas autem est idem quod hoc, & eo sane quia hoc significat ipsa ratio. At uero quidditatem etiã causam esse mediam antea demonstrauimus.*

⁋ *Hoc autem idem est ipsi quod quid erat esse, quod est significare ipsam rationem. At uero & ipsius quod est, quod quid erat esse, causa demonstratur media.*

Com.77. ⁋ Sed dices medium causa, & definitio maioris extremi idem est, modo dimidium duorum rectorum non est q͂d quid erat esse recti, quod demonstratur. Ergo haec demõstratio non est per causam aliquam. Respõdet dimidium
M duorum rectorum esse quod quid erat esse maioris extremi.s.recti:non quidem(vt Philoponus inquit). Substantifice atq; quidditatiue:sed significatiue: non enim dimidiũ duorum rectorum est substantia recti:sed significatum recti:& sic demonstratio bona est, quoniam medium est cã materialis:& definitio quid significans ipsius recti, & medium:inquit. ⁋ Hoc autem.s.quod aequale est ipsi.a. & ipsi.c.s.dimidium duorum rectorum:idem est ipsi quod q͂d erat esse, non quidẽ ipsi quod quid erat esse, quod est substantia recti: nam tale quod quid erat esse assignatur per causam formalem:sed ipsi quod quid erat esse: quod est rationẽ significare, id est ipsi quod quid erat esse quod est idem rationi significanti:cũ sit causa materialis recti: quae non potest esse quod quid erat esse substantiale. Modo ipsius quod quid erat esse quod est idem rationi significanti causa, demonstratur medium:hoc est accipitur in demõ-

stratione vt causa media. ⁋ Vel aliter exponi potest, quia N
Alia expõ dictum est in tertio metaphysice, demonstrationes mathematicas non fieri per materiam, sed solum per formalem causam. Respondet Talem causam materialem concidere Tex.cõ.5. cum causa formali: quae est quod quid erat esse. Secus in physicis: Vbi causa materialis nunq͂ concidit cum forma li, Causa vero quare in mathematicis causa materialis cõcidit cum formali est:quia non demõstrat mathematicus per causam formalem, quae est altera pars compositi & perficiens materiam:vt facit physicus. Sed per causam formalem:quae declarat rem:modo materialis causa cum declaret rem:etiam formalis dici potest:& hoc inq͂t. ⁋ Hoc autem scilicet medium quod diximus esse causam materialem recti:idem est ipsi quod quid erat esse id est formę significanti rationẽ, id est declaranti rẽ, & non perficienti O materiã, Modo & ipsius quod est quod quid erat esse:id est forma declarans rem demonstratur, id est accipitur in demõstratione:vt causa media:& haec expositio mihi placet. ⁋ Potest & tertio exponi, Vt expositor inquit. Et nõ Lectiones xi. secũdũ hunc. ab ratione. Vt legenti quae ille dicit:patet.

⁋ *Idem fit cum quaeritur propter quid aduersus athenienses persicum bellum exarsit, quae causa fuit, ut athenienses bello uexentur, quia contra sardes ipsi cum eretriensibus irruerunt. Hoc.n. primum mouit. sit itaq; bellum, a, priores irruisse, b, athenienses, c, b, igitur, priores inquam irruisse ipsi, c, id est athenienses inest a, quoq;, b, ipsi competit. Medij nãq; lacessiti bellum aduersus eos agunt qui priores iniuriam intulerunt, a, igitur id est bellum, ue xariq; bello, b, ipsi inest, id est hisce qui priores bellum gessere, b, uero ipsi, c, id est atheniensibus inest. Hi nãq; tractare bellum cedere medosq; lacessiuere. Medium igitur & hoc in loco causa est, atq; ea quae primum mouit.* P

⁋ *Idem autem, propter quid Medorum bellum factum sit Atheniẽsibus, quae causa fuit praeliari Athenienses, quoniam in Sardes cũ Eretriensibus commiserunt. Hoc enim mouet primum. Sit bellum in quo, a, prius commisisse, b, Atheniensibus, c. Inest igitur, b, ipsi, c, prius enim commisisse Atheniensibus, a, autem ipsi, b. Debellari enim prius inest iniustis, inest itaq; ipsi, b, a. Debellari prius incipientibus ipsum uero, b, ipsi. siue Atheniensibus. Priores enim inceperunt Medium itaq; hic causa est primum mouens.* Praeliari vt vexarĩ tur bello. Cõmisisse. Irruerit. Cõmisisse Irruisse.



Q

⁋ Hoc exemplum est de demonstratione, cuius medium Com.78. est causa effectrix:siue primum mouens. Sit igitur hęc cõclusio. Athenienses vexantur bello. Medium vero, quod est mouens causa:est:quia ipsi prius cum Eretriensibus in Sardes irruerunt. ⁋ Quo vero ad verba attinet. Medi sunt Verborũ expositio. populi Asiae Vicini vero Parthis: Assyrijs, Persis, & Mari Hyrcano:qui olim Regi Persarum tributa impendebant. Athenienses qui sint, clarum est. Eretrienses vero Euboiae insulae populi sunt. Sardes vero ciuitas in Lidia & olim regia Cresi. Exemplum autem significat Sardes: &

Medos

A Medos confœderatos fuisse ex vna. Athenienses vero cũ Eretriensibus ex alia inquit. ¶ Idẽ auteẽ supple fit: cũ quæri tur: propter quid Medorum bellum factum sit Atheniẽ sibus, hoc est propter quid priscum bellũ aduersus Athe nienses exarsie & exponit propter quid & causam idem esse: cum inquit. Quæ causa fuit præliari Athenienses id ẽ quæ causa fuit: vt Athenienses vexarentur bello. Causam autem assignãs: inquit. Quoniam in Sardes cum Ere triensibus commiserunt idest prius irruerunt. Et ait hoc causam esse: quia mouit primum Medos: vt bello Athe nienses vexarent. Prius ergo irruisse fuit causa mouens. His declaratis, constituit terminos: & inquit. Sit bellum in quo. a. prius commisisse in quo. b. Atheniensibus sit. c. Tunc patet ipsum. b. ipsi. c. inesse: hoc est prius commisisse inest Atheniensibus Athenienses enim cum Eretriensi
B bus prius in Sardes irruerunt. Ipsum autem. a. ipsi. b. inest. Vexari enim bello inest prius iniustis. i. committentibus iniuriam: qui iniuste agunt. Quare ipsi. b. quidem ipsum a. inest. Hoc est debellari inest prius incipiẽtibus: vel prius commitentibus iniuriam. Ipsum autem. b. ipsi. c. sine Athe niensibus, nam Athenienses priores inceperunt: ex hoc exemplo concludit medium esse causam: primo mouentem.

¶ Ea uero quorum causa est id quod alicuius est gratia, eundem subeunt modum, ceu propter quid deambulat, ut ualeat. Cur do mus est, ut conseruetur suppelex. Nempe ualitudinis deambulatio, suppellectilis conseruande domus est gratia. Atq; inter hæc propter quid post cœnam ambulare oportet. & cuius oportet gra
C *tia, nihil interesse uidetur. Sit itaq; deambulatio post cœnam, c, non notare cibum cum occupet locum in quo est, b, ualere sit. a. Competit igitur deambulationi post cœnam id efficere, cibum in quam sumptum in ore uentris non supernatare, atq; idipsum sa nitatem conseruet. Sic enim uidetur. b. Igitur cibum inquam haud natare, c, ipsi inest, idest deambulationi post cœnam. At, a, ualitu dinem inquam conseruare, b, ipsi competit. Quæ igitur est causa, ut, a, gratia cuius cætera sunt ipsi competat, c, nempe, b, ipsum est, non supernatare inquam cibum. Atq; hoc est tanquam ipsius ra tio, nam, a, hoc assignabitur pacto. Cur autem, b, competit ipsi, c. Quia sanum est id nimirum est sic inquam sese habere, Verum mutentur ratiocinationes oportet, magis enim hoc pacto singula elucescent.*

¶ Quorumcunque uero causa est ipsum cuius gratia, Vt propter quid ambulat. Vt sanus fiat. Propter quid domus est. Vt ser uentur uasa. Hoc quidem gratia huius, quod est sanari. Illud
D *uero gratia huius, quod est seruari est propter quid autem opor tet post cœnam ambulare. Et cuius gratia oportet. Differt nihil. Ambulare autem post cœnam sit, c. Non eminere cibus in quo, b. Sanari in quo, a. Sit igitur ipsi post cœnam ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os uentris. Et hoc esse sanum. Vi detur enim ipsi ambulare, quod erat, c, inesse, b, quod erat non emi nere cibos. Huic autem, a, quod erat sanum esse.*

Facta	Seruans vasa	Domus
A	B	C



Sanũ esse	Nõ emineẽ cibos in ore stomachi.	Ambulare post cœnam.
A	B	C

E



Quæ igitur causa est, ut ipsi, c, insit, a, quod est ipsum cuius gra tia est, b. Hæc autem (ut illius ratio est) a, enim sic demonstrabi tur, propter quid autem, b, ipsi, c, inest, quoniam hoc est sanari, qđ est sic se habere. Oportet autem. commutare rationes & sic sin gula magis apparebunt. F

Nõ supnatare cibos.	Sanũ esse.	Ambulare post cœnam.
A	B	C



¶ Nunc de finali causa exempla ponit: & inquit. ¶ Quorumcunq; vero causa est ipsum cuius gratia: idest finis, Com. 76.
G idem est iudicium. Vt propter quid ambulat Socrates. Respondebitur. vt Sanus fiat. Vnde demonstratio sic cõ ponitur. Omne quod sanum fieri vult, ambulat. Socrates sanus fieri vult. Ergo Socrates ambulat: demonstratio est per medium: quod causa finalis. Aliud exemplum ponit & inquit. Propter quid domus facta est, vt seruentur Va sa. Ergo demonstratio erit. Seruans vasa factum. Domus seruans Vasa: Domus ergo facta. Hæc ergo demonstratio est, cuius medium causa finalis est. Et hoc inquit. Hoc quidem igitur huius gratia, quod est sanari: vt ambulare Socratem. Illud vero gratia huius est: quod est seruari va sa: vt Vasa seruari finalis causa est domus factæ. Vlterius vult ponere aliud exemplum. Et ideo ne fit de verbis con tentio, nomina exponit: & inquit. Propter quid autem oportet post cœnam ambulare, & cuius gratia oportet: differt nihil. Et ita pro eodem habendum est propter qđ, H
& eius gratia. Terminis expositis, ponit exemplum, & inquit. Ambulare autem post cænam sit, c, non eminere cibos: sit in quo, b, Sanari sit in quo. a. Terminis dispositis: docet demonstrare: & inquit. Sit igitur ipsi post cænã ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os ventris: ita (vt propositio minor sit) ambulare post cænã est cibos non eminere: & hoc scilicet. b. sit esse sanum: & ita maior erit: non eminere cibos est sanum esse. Nam ter minis & propositionibus ita constitutis: videtur ipsi ambulare: quod erat. c. inesse. b. quod erat nõ eminere cibos, huic autem scilicet ipsi. b. inerat. a. quod est sanum esse. Erit ergo demonstratio: ergo omne. c. est. a. quoniam om ne ambulare post cœnam est sanum esse. Colligit deinde qualis nam hæc demonstratio sit: & inquit. ¶ Quæ igitur causa est, vt ipsi. c. insit. a. ipsum: quod est cuius gratia.

I ¶Respondet causam esse, quia est.b.quare cibos non eminere causa est ipsius.a.id est ipsius sanum esse, hoc autem scilicet.b.ipsius prædicati videlicet.a.quod erat sanum esse non est definitio. Sed vt illius ratio, & ita quasi definitio. Et ita patet.b.esse, causam ipsius.a.non simpliciter: sed quasi rationem esse illius. Propter quid autem.b.ipsi.c.inest, quoniam est ipsum sanari, quod sic se habere est. Et ita a.&.b.sunt inuicem causæ, nam.b.est causa ipsius.a.vt efficiens.a.vero ipsius.b.vt finis. ¶Sed dices: si ita est: exemplum non respondet proposito: proposuit enim dare exemplum in demonstratione: cuius medium est finis: & dedit demonstrationem: cuius medium est effectrix causa. ¶Respondet, & inquit. Oportet autem commutare rationes: scilicet vt conuertatur maior: nam maiore conuersa in terminis: sic singula magis apparebunt ad propositum, erit enim demonstratio: cuius medium erit causa finalis. Sic locum istum intellexit Philoponus: secundum alteram eius expositionem. ¶Aliter etiam exponi potest: & fortasse melius: & magis ad verba. Dicemus.n. Aristotelem primo dare exempla in causa finali: cum inquit.

K

Alia expõ auctor.

¶Quorum vero causa est ipsius cuius gratia: idem est iudicium in demonstrando: nam medium etiam est propter quid: vt de alijs causis dictum est. Et ponit duo exempla in causa finali: cum inquit. Vt propter quid ambulat supple Socrates siue Plato, vt sanus fiat: sit ambulans.a.sanũ esse.b.Socrates.c. & patet demonstrationem esse per medium: quod est causa finalis. Secundum exemplum ponit (cum inquit). Propter quid domus est facta: vt seruentur vasa, factum sit.a.Seruari vasa.b.domus.c.Tunc verificat exempla, & inquit. Hoc quidem scilicet Socratẽ ambulare est gratia huius: quod est sanari. Et ita prima demonstratio est per causam finalem. Illud vero scilicet domum esse factam gratia huius est: quod est vasa seruari. Et ita demonstratio secunda etiam est per causam finalẽ. ¶Sed dices medium in demonstrationibus talibus est cuius gratia: ergo nulla harum demonstrationum est propter quid. ¶Respondet, propter quid autem oportet Socratem post cœnam ambulare, & cuius gratia oportet: differt nihil. Ergo prima demonstratio est propter quid. Similiter propter quid domus facta est, & cuius gratia facta est, differt nihil. Et ita secunda demonstratio (licet medium sit cuius gratia) erit propter quid. Hæc sunt exempla causæ finalis. ¶Quæres vlterius, vtrum vna causa possit per aliam demonstrari: & si sic. Vtrum causa demonstrans, sit definitio causæ demonstratæ. ¶Respondet causam finalem posse demonstrari de aliquo: per efficientem & hoc per exemplum & inquit. Ambulare autem post cœnam sit.c.non eminere cibos in quo.b.sanari sit in quo a.Terminis sic constitutis: sit ipsi post cœnam ambulare.f. ipsi.c.inexistens ipsum, nõ eminere cibos iuxta os stomachi, hoc est ipsum.b.ita vt minor sit hæc, ambulare post cœnam est non eminere cibos iuxta os ventris: & hoc: scilicet.b. sit esse sanum: ita vt maior sit, non eminere cibos est sanum esse, & sequitur conclusio. Ergo ambulare post cænam est sanum esse. Nam (vt inquit) videtur ipsi ambulare, quod erat.c.inesse.b.quod erat nõ eminere cibos. Huic autem scilicet.b.a.videtur inesse: quod erat sanũ esse ergo conclusio erit ambulare post cibum est sanum esse. Ex his concludit finalem causam de aliquo demonstrari posse per efficientem: & inquit. Quæ igitur causa est: vt ipsi.c.insit.a.quod.a.est ipsum cuius gratia: id est quæ causa

L

M

est: vt finis demonstretur de aliquo: scilicet.a. finis de ipso c.Respondet causa est ipsum.b. quod est causa effectrix. Ergo altera causa per alteram de aliquo demonstrari potest. Quærebatur secundo: Vtrum causa dem̃ostrans possit esse definitio causæ demonstratę: & respondet. Hos autem.f.causa demonstrans vt ratio est illius.i.causæ dem̃ostratæ. Nam (vt Philoponus inquit) non eminere cibos non est simpliciter definitio sanitatis, sed vt ratio. Non.n. vna causa est ratio atq; definitio alterius proprie. Et propterea dicit.a.quod est sanum esse: & causa finalis sic hoc est per aliquid, quod est vt ratio, demonstrabitur: econtra vero (vt propter quid.b.ipsi.c.inest propter quid simpliciter demonstrabitur) quoniam hoc est sanari, quod est sic se habere (vt.f.cibi non natent) & ita medium quod est causa effectrix, quo demonstratur finalis causa nõ est definitio simpliciter sanitatis: neq; ꝑpter quid simplr, ecõtra vero cã finalis bñ est simplr ꝑpter quid causæ effectiuæ. ¶Debes scire (vt Philoponus inquit) aliquando nomina esse rationibus manifestiora. Aliquando rationes manifestiores nominibus. Ideo Aristoteles inquit. Oportet autem commutare rationes manifestas ad nomina, & aliquando contra, & sic singula id est vtracq; propositiones syllogismi magis apparebunt. Vel melius iuxta hãc expositionem: quia vsus est infinitis pro rationibus. Dixit enim non eminere cibos esse sanari: & ambulare post cęnam esse non eminere cibos, quæ res est aliquatenus cõtra vsum, inquit. Oportet autẽ commutare rationes quæ sumptæ sunt per verba infinita: ad nomina: quia vbi dicebatur ambulare dicere possumus: Ambulans: & vbi dicebatur non eminere cibos: potest dici prohibens cibos, & vbi sanari dicebatur: dicatur sanum: & ita singulæ propositiones magis apparebunt. Hæc est expositio quę mihi magis placet.

N

O Notand.

P

¶Ordo autem generationis ac ortus uerso modo sese habet in his & in mouentibus causis. In illis enim primo medium fiat oportet, In his autem, c, ipsum extremum primo, deinde id ultimũ gratia cuius cætera fiunt.

¶Generationes autem econtrario hic, & in causis secundum motum. Ibi quidem enim medium oportet fieri primum. Hic autem ipsum, c, extremum. Vltimum uero ipsum, cuius gratia est.

¶Declarauit per quodlibet genus causæ fieri posse demõstrationem. Nunc vero de medijs, quibus demonstrationes fiunt: vt Themistio placet. Talem differentiam ponit: ꝙ trifari medium in demonstratione constituitur. Aut vt prius ordine ipso effectu: qui demonstratur aut vt posterius ordine: aut vt simul: Prius ordine effectu demonstrato est medium quod est causa effectrix: posterius vero ordine: est medium, quod est causa finalis. Simul deniq; est definitio: hoc est quid est: & quod rei esse est. Et huius rei causa est: quia rerum generationes aliter fiunt ab ipsa mouente causa, Aliter a finali causa, aliter a formali: & hoc inquit. ¶Generationes autem econtrario hic, & in causis secundum motum fiunt. Ergo supple & media: quæ sunt causæ illo effectuum aliter se habent in demonstrationibus, nam ibi hoc est in demonstrationibus effectuum causarum efficientium medium oportet ordine primum fieri, cum effectrix causa ordine effectu prior sit. Hic vero scilicet in demonstrationibus effectuum causæ finalis.c. id est medium est vltimum ordine, atq; effectu posterius. Et per.c. intellexit medium proximæ demonstrationis. Propterea subdit. Vltimum autem supple intelligo illud, quod

Com. 80. Expositio Them.

Q

A quod est cuius gratia.i.finis, quod in proxima demonstratione.a appellabatur.Tacuit autem tertium medium, quod simul est cum effectu demonstratio:propter breuitatem:& quia intelligitur ex his duobus:accepit. ℣ Vel intellige sic:Generationis aliter fiunt in causis,quæ agunt p motum:& aliter in causis finalibus, nam in causis: quæ agunt per motum:oportet medium fieri primum & ante effectum:hic autem scilicet in causis finalibus ipsum.c.vltimum hoc est effectu:supple oportet fieri primum:& ante causam:vltimum autem sup.dico cuius gratia. ℣ Philoponus vero scdm secundā expōnem per generationes intelligit consequentias syllogisticas:& tūc est sensus. Generationes autem syllogisticæ contrario hic,scilicet in causis finalibus:& in causis secundum motum.i.effectiuis fiūt In consequentijs enim syllogisticis,quæ per causam mouentem fiunt:causa præcedit effectum tempore. In consequentijs verò syllogisticis,quæ per causam finalem fiunt: effectus præcedit causam,inquit. ℣ Generationes autem: scilicet syllogisticæ econtrario hic: scilicet in finalibus causis:& in causis secundum motum fiunt. Ibi quidem enim scilicet in causis effectiuis medium oportet fieri primum. Hic autem scilicet in causis finalibus ipsum.c.extremum, quod est effectus: oportet fieri primum. Sed vltimum: quod vltimo loco fit: est ipsum.Cuius gratia:hoc enim est:quod vltimo fit.

Exp.Ph.

B

℣ Fieri autem potest.ut idem gratia sit alicuius, & ex necessitate,uelutipropter quid per laternam penetrat lumen. Et enim id quod minores habet partes,subtiliore sue, necessario per meatus maiores penetrat,ampliore sue. Siquidem lumen fit, quia transit. & cuiusnam gratia,ut non deuiemus, pedesq; etiam offendamus,

C *At ut est in hisce quæ sunt, sic ne etiam est in hisce quæ fiunt,ut si cum ignis extinguitur tonitat,necesse est strepitus sonusq; fiat. Et ut pythagorici dicunt,terroris gratia quo pertineant hi qui in tartaro degunt.*

Tex.12. *℣ Contingit autem idem,cuius gratia esse, & ex necessitate. Vt propter quid penetrat laternam lumen. Etenim ex necessitate disgreditur,quod in paruis est partibilus.per maiores poros,si quidem lumen fit disgrediendo.Et gratia cuius, ut non offendamus. Nonne igitur si esse contingit,et fieri contingit: Sicut si tonat ex tincto igne necesse est septire, & sonare. (Et quemadmodum Pythagorici dicunt) Minarum causa his, qui in Tartaro sunt, ut timeant.*

vel Sizire Septire.

Cō.51. Cōtinuatio ℣ Cum declarauit Aristoteles demonstrationem fieri posse per vnumquodq; genus causæ.Nunc Aristo. declarat vnum & eundem effectum posse per plures causas declarari atq; demonstrari.Et hoc proponit:cum inquit. ℣ Cōtingit autem idem: hoc est eandem rem esse:cuius gratia

D i.esse per causam finalem:& ex necessitate: idest per materialem causam.Et hoc pacto exponit Philoponus.Et ponit exemplum,& inquit. Vt propter quid penetrat laternam lumen.Ad hoc responderi potest per materialē causam:& per finalem.Et respondet per materialem, & inquit.Etenim ex necessitate disgreditur: quod in parua est partibilus,per maiores poros. Hoc est qui tenuissimum lumen per minus tenues,& latiores poros vitri: videlicet aut laternæ siue pellis aut alicuius talium pertransit.Hæc enim demonstratio ex dispositione luminis: & ex dispositione laternæ procedit:& ita ex necessitate materiæ.Ad dit siquidem lumen fit disgrediendo:quia secundum veritatem lumen non est corpus: & ita non per poros pellis penetrat.Propterea dicit.Siquidem lumen fit disgrediendo:qa reuera nō fit disgrediēdo:Lumē intra laternā con tēto nō penetrādo illuminat:sed recipit in diaphano vitro vel pelle seipm p totū Aererū Hemisphæriū multiplicādo. ℣ Rursus rñderi pōt:& p cām finalē,vt nō offendamus,hoc est ne deābulātes noctu his,quæ ante pedē iacēt:offendamus.Deinde ponit aliud exēplū(vt inqt Philop.)vt reducat qūo vna & eadē res fieri pōt:& p finalē cām:& per materialē.Cū.n. quæritur ,pp̄ter qd Sonat, ex cā materiali rñderi pōt:qa nubes septit & sonat Tonitruū.n.cōstat tanq̄ ex materia ex ipso sono & septiōe.Ex cā vero finali rñderi pōt(inqt Pythagoras) vt timeāt hi, qui in Tartaro sunt:inqt.Nōne igitū si esse cōtingit supple aliquē effectū ex cā finali,& materiali,fieri cōtingit ēt ex cā finali,& materiali:quasi dicat sic:& p ea quæ ēē cōtingūt:intelligit effectus,q p̄manētes sunt:& aliquo tp̄e durabiles(vt illuminatio:& id genus)& p ea:quæ fieri cōtingit:intelligit effectus instabiles:q parue tp̄e durāt:vt Tonitruū:& id genus.Propterea dicit si esse cōtingit,i. si de effectu p̄manēte cōtingit:qd dictū est:vt.s.per plures cās sic:etiā de effectu nō p̄manēti,qd in fieri esse habet,cōtingit ipm fieri ex pluribus causis, Sicut si Tonat ex extincto igne,necesse est Sizire siue Septire:& Sonare. Et ita Tonitruū vt ex materia cōstat septione & sono. ℣ Alij vero sic intelligūt si Tonat:necesse est ignē extingui in nubibus.Si aūt extinguit:necesse est Sizire siue Septire: & cōsequēter sonare:mō sonare ē tonitrui materialis cā. ℣ Vel fortasse melius hoc exemplum est ad mentem Empedoclis:q voluit ignē in nubibus extinctū esse materialē cām tonitrui:q̄re tonat vt ex cā materiali scdm Empedoclē ex ipso extincto igne.Si.n.tonat ex extincto igne,necesse ē sizire & sonare.s. tonitruū effici,ideo materialis cā tonitrui est ignis extinctus. ℣ Quo vero ad verba attinet,Sizire græce latine est septire,est aūt septire(vt cū extinguitur ferrū in aq:sonare). Quæ vero sit materia tonitrui,& q̄ effectrix cā,In meteorologicis declarauit Aris. ℣ Non nulli vero dicūt hoc exēplū:qd Aris.de tonitruo assignauit:fuisse exēplū,quo voluit eūdē effectū demōstrari posse p finalē:& per efficientē cām. Nā extinctio ignis effectrix cā est tonitrui.Et tūc exponūt verba sic nōne igitur si esse cōtingit,id est cōtingit demōstrari p cās:essendi,vt sunt materia & finis:ita etiā cōtingit fieri.i.demōstrari per cās fiendi:quæ sunt effectiua:& finalis.Finalis.n.causa dicitur essendi:& fiendi.Propterea in vtroq; exēplo intelligitur. ℣ Quæ expō licet nō cōsonet verbis Aris. rē tamē propositā non variat. Quod vero responderi possit per causam finalē:etiā ostēdit:cū inqt.Et(quēadmodū Pythagorici dicunt)Tonat Iuppiter minarū causa his. qui sunt in Tartaro.vt timeant,Hæc.n.cā finalis est secundū Pythagoricos.Sed secundū Aristotelē causa finalis tonitrui est(vt Aer expugnaretur ab exhalationibus)quæ aerem inficiebant. Aer enim expurgatus viuentibus animalibus prodest.

E

F

Expō.i. exempli Ar.de tonitrui S. cāda sentē

G Verborū expositio.

Alia expō aliquorū exemplo.

Qualis expō.

H

℣ Atq; plurima talia sunt, præsertim in hisce quæ natura talia sunt, & constant. Altera nāq; natura alicuius gratia facit.altera necessitate. Necessitas autem est duplex. Alia enim est secundum naturam, & appetitionem. Alia uiolenta, quæ quidem est præter appetitionē.He necessitates extant cum lapis nunc sursum, nunc deorsum mouetur. Nam tametsi necessitate lapis utroq; motu cietur,non eadem tamen necessitate.

I *Plurima autem huiusmodi sunt, & maxime in his quae natura subsistunt, & constant, nam haec quidem propter hoc natura facit. Illa uero ex necessitate. Necessitas autem duplex est, haec quidem secundum naturam, & aptitudinem. Haec uero uiolenta & contra aptitudinem, sicut lapis ex necessitate & sursum & deorsum fertur, sed non propter eandem necessitatem.*

Com. 82. Cum declarauit effectum demonstrari posse per plures causas: ostendit qui sint hi effectus, & inquit. Plurima autem huiusmodi sunt, qui per plures causas demonstrari possunt: & dixit plurima, quia non omnia. Ideo exponit: quae sint ista plurima, & inquit. Et maxime in his, quae natura subsistunt: & constant: quales sunt effectus naturales. Nam vna natura est: quae facit propter hoc: vt quoties id facit, per se & non praeter intentionem. Alia natura est: quae facit ex necessitate quia praeter intentionem: & solum ex materiae necessitate: vt quae causaliter facit. K Ex hac distinctione patet aliqua fieri propter finem. vt quae natura facit: secundum propriam intentionem. Aliqua ex materiae necessitate, vt quae natura facit praeter intentionem. Quo vero ad verba attinet. Cum dicit. Haec quidem propter hoc natura facit. Verbum haec est foeminini generis in graeco, & construi debet cum verbo natura. Verbum vero illa similiter feminini generis est: & eodem verbo construendum. Sed quaeres vtrum eadem fieri possint ex naturae necessitate: & ex fine. Respondet Themistius multa talia vtraque necessitate fieri posse: vt dentes: quorum primores acuti sunt. Tum quod ex osse gignuntur tenuiore. Tum gratia finis: vt cibo secando dirimendoque habiles sint. Alia quoque exempla assignat: vt legenti patet. Ex his patet quae sint illa, quae pluribus causis demonstrari possunt. Et quia dixit ex necessitate naturae aliqua fieri. Ideo necessitatem subdistinguit, & inquit. Necessitas autem duplex est. Haec quidem secundum naturam & aptitudinem, vt pote quae est ex conditione materiae. Haec vero violenta & contra aptitudinem: vtpote quae est secundum causam mouentem. Cuius exemplum est lapis, qui ex necessitate & sursum & deorsum fertur: sed non propter eandem necessitatem. Sursum. n. fertur propter necessitatem agentis, a quo violenter mouetur. Deorsum vero propter necessitatem naturae atque materiae, ex qua constat. Et (vt recte Philoponus notat) Aristo. hic necessitatem duplicem assumpsit: tamen in alijs quadrupliciter dixit necessitatem dici: vno modo simpliciter. Secundo ex suppositione. Tertio secundum naturam. Quarto praeter naturam. In alijs autem dixit quinque modis sumi necessitatem. Addit. n. quintum modum pro vtilitate.

Verborum expositio.

Dubium. Re. Themistii.

L

Philopo. Quot modis necessitas accipiatur apud Aristo. hic & quo in alijs locis 5. me... [illegible]

M *In his autem quae proficisci solent a mente, quaedam nunquam sunt a casu, ut domus uel statua, neque necessitate, sed alicuius gratia. Quaedam sunt etiam a fortuna, ut sanitas atque salus. Maxime uero in quibus sit. ut sic & aliter sese habeant, cum generatio non est a fortuna.*

In his autem, quae sunt ab intelligentia. Alia quidem si nequaquam sint ab eo, quod est per se frustra, ut domus. aut effigies ne que ex necessitate sunt, sed propter hoc. Alia uero a fortuna sunt (ut sanitas. & salus). Maxime autem in quibuscunque contingit & sic, & aliter, cum non a fortuna generatio sit.

Com. 83. Declarauit Aris. quae per plura media. Nunc: quae per vnum demonstrentur: quaeue per nullum, & ponit talem diuisionem, videlicet. Eorum: quae fiunt ab intelligentia i. a cognitione, & proposito. Alia fiunt solum propter hoc. Alia vero penitus a fortuna. Fiunt autem propter hoc solum: quaecunque nec praeter intentionem fiunt, nec necessitate materiae: vt domus: & effigies: & vniuersaliter: quaecunque arte conficiuntur. Quae. n. arte conficiuntur (vt Philoponus inquit) nec sponte fieri dicuntur. Id. n. sponte fit: quod sine causa manifesta fit: nec praeter intentionem. Nullus. n. domum aut statuam erigit praeter intentionem. Nec ex necessitate materiae: non. n. ex lignis solis: & lapidibus solis sine artifice domus fieri potest. Quare haec quae arte conficiuntur, solum propter hoc: hoc est propter finem aguntur. Patet ergo eorum: quae fiunt ab intelligentia: aliqua fieri solum propter hoc. Quo vero ad verba attinet. Intelligentia graece est διάνοια, & pro cognitione, & proposito intelligitur. Eorum insuper quae fiunt ab intelligentia alia sunt, quae fiunt a fortuna, vt sanitas, & salus. Sanitas quidem in aegrotante per absentiam medici. Salus vero in naui per absentiam gubernatoris. Affert autem conuenientiam inter haec: quae ab arte, & haec: quae a fortuna fiunt: quod vtraque in contingentibus fiant (vt Philoponus inquit). Verum ab arte fiunt contingentia, cum eorum factio non est a fortuna: sed ab ipsa cognitione opificis, & hoc inquit Maxime autem artificialia sunt in quibuscunque contingit sic: & aliter. i. in contingentibus, modo talium contingentium generatio atque productio non sit a fortuna: Sed ab intelligentia. Patet ergo eorum: quae fiunt alia fieri a natura. Alia ab intelligentia: eorum vero quae fiunt ab intelligentia: alia fieri ab ipsa arte, alia fieri a fortuna. Tunc patet quae pluribus medijs. quae vno medio. s. fine, quae nullo demonstrantur. Naturalia quidem pluribus medijs demonstrantur: quod pluribus e causis proficiscantur. Artificialia vno medio, quod e fine tantum exoriantur. Fortuita vero nullo, quod ob nullam causam fiant. Hoc pacto textus iste exponatur. Non autem habemus a graecis expositionem, cum & quae Philop. & Themistius dicunt, ad textus expositionem pauca sint.

N

Verborum expositio.

O

Diuisio eorum quae fiunt.

P

Quare si finis fit bonus, ea quae ad illum consequendum efficiuntur alicuius gratia fiunt. Et aut a natura, aut ab arte. A fortuna uero nihil cuiusquam fieri gratia solet.

Quare finis bonus alicuius gratia fit, & aut a natura, aut ab arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.

Corollarium istud est: cum sit pulchrum: & non ad rem. Sed quasi extra propositum, quod a fortuna nullus finis bonus fiat, sed solum aut a natura: aut ab arte: probat: Omnis finis bonus alicuius gratia fit. Fortuna nihil facit alicuius gratia, sed sola Ars, vel natura. Ergo a fortuna nullus finis bonus fit, sed solum a natura vel fortuna. Com. 84.

Dices thesauri inuentio non est bonum: certum est esse bonum: & tamen aliquando a fortuna fit. Fortasse bonum est: non tamen finis bonus: cum non sit finis suffodientis, vt fodiens est. Sed alia ratione est bonum. Obiectio. Solutio. Q

Eadem autem causa est in his quae sunt, & in his quae fiunt, et in his quae fuere, & in his item quae fient, futuraque sunt. Medium enim ipsum causam esse constat. Verum differentia quaedam esse uidetur, Eorum enim quae sunt, est, eorum quae fiunt, fit eorum quae fuere, fuit, eorum denique quae fient, erit. Nam ut haec patefiant exemplo, cum interrogamur cur fuit, uel fit, uel erit, uel est, defectio lunae, quia fuit, uel fit, uel erit, uel est terra inter solem & lunam accommodatissime respondemus. Quid est glacies, & accipiatur aquam congelatam ipsam esse. Atque sit aqua quidem, c, congelata autem a causa deinde collocentur in medio quod ipsum occupat

A *cupat, b, absentia penitus ipsius caloris, b, igitur ipsis, c, inest, a, quoq; b, ipsi competit. Atq; sit glacies, cum ipsum, b, fit, & fuit cũ fuit, eritq; cum erit. Ea igitur quæ hoc pacto est causa fit, & est, & fuit, & erit una cum eo cuius esse causa dicitur.*

¶ Eadem autem causa est & in his, quæ fiunt, & factis, & futuris, quæ quidem est his, quæ sunt. Medium enim causa est. Preter quã in his, quæ sunt, quæ est, in his, quæ fiunt, quæ fit. Factis autẽ facta. Futuris uero futura. Vt propter quid factus est defectus, propter id q; in medio, facta est terra, fit autem propter id q; fit. erit autem, propter id quod erit in medio, & est autem, propter id quod est, Vt quid est chrystallus accipiatur iam, quoniam aqua congelata est, aqua in quo, c. Congelata in quo, a. Causa media in quo, b, defectus caloris penitus. Inest igitur ipsi, c, quidẽ. b. Huic autem congelatum esse, quod est in quo, a. Fit itaq; chrystallus, cũ fiat, b, facto est autem facto est Erit autem, futuro, b, Sic quidem

B *igitur causa & cuius causa est, simul fit, fit, cum fit, & est. cum fit, & in eo, quod factum est, & in futuro eodem modo.*

Com. 85. ¶ Intentio huius partis est probare q̃ idem medium fit in his quæ fiunt, & in his: quæ facta sunt: & in his: quæ futura sunt in rebus generalibus & corruptibilibus: quod est

C in his: quæ sunt: hoc est medium in rebus generalibus & corruptibilibus ita coæuum est effectui, qui fit: sicut medium in rebus quæ sunt. i. æternis, coæuum est rebus ipsis æternis: probatur in rebus generalibus causa eadẽ est in his, quæ fiunt: & in his: quæ facta sunt, & in his quę futura sunt fieri: quæ est in his quæ sunt. i. in rebus æternis, in rebus enim æternis causa coæua est rei hoc pacto q̃ cũ effectus est, causa est: dum effectus fuit, causa fuit, dum effectus erit, verbi causa. Rotunditas cœli cum causa ita se habet, q̃ dum est rotunditas: eius causa est: dum fuit, eius causa fuit, dum erit, eius causa erit, ergo eodem modo in his: quæ fiunt: & generantur: causa se habet: cum. n. effectus fit causa fit, cum effectus factus est: causa facta est, & cum futurus fit, causa futura erit. Addit minorem: & inquit. Medium. n. causa est, ergo medium in his quæ gene-

D rantur ita se habebit sicut in his, quæ sunt, quia cum effectus fit, medium fit: & cum effectus factus est: mediũ factum est, & cum effectus est futurus: medium erit futurũ. Veluti etiam in his: quæ sunt. ¶ Sed dices nõ videtur causa esse eadem quæ est cum ipso fieri: & cum ipso facto: & cum ipso futuro fieri. Cum causa quæ est cum fieri habeat esse actuale: causa autem: quæ est cum futuro fieri habet esse potentiale: modo esse actuale & esse potẽtiale differunt valde, non ergo est idem. ¶ Respondet: Verum tamen in his quæ sunt videlicet in æternis causa est: quæ est & ita defuit & erit in his autem quæ fiunt: causa est: quæ fit: in factis autem, causa facta est. Futuris vero causa est futura, & ita vult in æternis causam esse eadem numero, quia semper ea: quę est, coæua tamen: quia fuit & erit cũ effectu. ¶ In rebus generabilibus (vt inqt Philoponus) cã eadem specie coæua est effectui: non. n. eadẽ numero cau-

In rebus gñabilib' cã eadem spẽ ẽ coæua effectui

E sa est: quæ erat in potentia, & quæ est in actu, cũ actus & potentia sint differentiæ valde oppositæ: est tñ eadẽ causa specie, quia licet causa in potentia non sit idem sibi ipsi in actu secundũ numerũ: est sibi ipsi eadẽ specie. Põt tñ dici esse eandẽ numero causam: sed priuatiue. Sicut. n. Socrates generandus sibi ipsi genito idẽ numero est priuatiue: quia nõ alius est qui generatur: & qui erat generãdus, ita quoq; cã quæ est eius vt generandi: & eius vt geniti eadem est priuatiue, quia non alia. Quod vero sit eadem aut specie: aut priuatiue: per exẽpla exponit: & inqt. Propter quid factus est defectus: propter id q̃ in medio facta est terra. Fit autẽ defectus ꝑpter id q̃ fit. Erit autẽ factus defectus: ꝑpter id q̃ in medio erit facta terra. Simili rõne in his quæ sunt qualia sunt æterna: effectus est (vt rotunditas Cœli ꝑpter id q̃ causa est). Hoc est primũ exẽplũ.

F Deinde ponit secundũ, & inquit: Vt quid est chrystallus: accipiatur iam qm̃ aqua congelata est: dicit accipiatur, qa de eius esse q̃õ est Meteorologica. Verũ pro exẽplo accipiatur nunc ita esse. Et tunc aqua sit in quo. c. congelata vel cõgelatum esse sit in quo. a. causa media sit in quo. b. videlicet defectus caloris penitus. Congelatur. n. aqua & in duritiẽ vertitur ob omnimodã caloris euanescentiam. Igitur inest ipsi. c. aquæ. b. s. defectus caloris penitus, huic autẽ. b. inest congelatũ esse: qua rõne (vt inquit) Chrystallus fit: cũ fit. b. facta est: facto ipso. b. erit autẽ facta ipso. b. futuro fieri. Tunc recolligit maiorem: & inquit. Sic quidẽ igitur causa: & id cuius cã est simul fit cũ fit effectus in rebus generabilibus: & ẽ cũ fit effectus in rebus ęternis, et in generalibus nõ modo cã fit: cũ fit effectus: sed in eo qđ

G factũ est. causa facta est, & in futuro eodem modo cã futura est. Est tñ differentia aliqua inter coæuiternitatẽ cãæ cũ effectu in generabilibus: & in æternis: qa in generabilibus coæuiternitas causæ cũ causato est respectu huius verbi fio: quia cũ fit effectus: cã fit: & cũ factus est: cã facta ẽ: & cũ futurus est fieri: cã futura est fieri. In ęternis vero coæuiternitas causæ & causati est respecti verbi sum es est: quia simul est fuit: & erit cũ effectu. Præterea (vt Them. inquit). In generabilibus causa coęua effectui est formalis: hæc enim non sit ante nec post, sed simul cũ effecto: vt Aris. inquit duodecimo libro primæ Philosophiæ. In æternis quælibet cã est coæua effectui: nõ solũ formalis, sed effectrix: & finalis, vt intelligẽti patet. Hoc pacto textus iste erit intelligendus. ¶ Philop. autem & Them. licet verba exposuerint, Intentionem Aris. ignorarunt. ¶ Alij nec verba Aris. nec intentionem apprẹhenderunt. ¶ Cum igitur patet causas coæuas esse in generalibus & æternis eodem modo: & media causę sunt. Media profecto & in generabilibus, & æternis eodem modo coæua eriit. Qđ si coæua media causatis sint. Patet demonstrationes fieri posse a media ad causata categoricæ: & hypothetice. Sequtur. n. categorice aquam esse congelatam, quia est calore deficiens, & sequitur hypothetice aquam esse congelatã, sic calore deficit: & non modo a causa ad effectum, sed cõtra ab effectu ad causam: & totius rei huius causa est cõuiternitas medij cum causato.

In generabilib' coæuiternitas cãæ cũ causato ẽ respectu huius verbi fio: in æternis vero ẽ respectu huius verbi sũ es, est. Quæ exposuerũt Philo. & Them. ẽ aliorum.

H *¶ Sed in bisce quæ non sunt simul, fit ne ut in continuo tempore. Quemadmodum nobis uidetur alia aliorum sint causæ, ceu factum facti, fiens fientis, futurumq; futuri.*

¶ In his autem quæ non simul sunt nunquid sint in continuo tpe, sicut uidetur nobis alia aliorũ cã esse, ut facti eẽ, altera facta. Et futuri, altera futura. Et eius, quod fit, si aliquid antea factũ est.

I Com. 86. ¶ Vt dictum est causæ aliæ sunt simul factæ cum effectibus: vt formales: & finales. Vt addunt Philoponus: & Themistius, quod verũ est de fine generationis, qui concidit cum forma, & non de fine rei generatæ qui est gratia cuius, & acquiritur post formã. Aliç sunt prius factę. (vt effectrix & materia) vt Artifex, & calx, cemẽtũ: & lapides. Aliæ vero posterius factæ: vt finales quæ gratia cuius dicuntur.

Expõ Ph. ¶ Tunc Philoponus si quæstionem hanc intelligit. Vtrũ in effectiuis causis & materialibus nõ simul existentibus cum proprijs causatis, sint aliæ atq; secundũ tempus: sicut effectus est alius atq; alius secundũ tempus: sicut nobis prima facie deceptis ,ppter continuitatẽ temporis videtur. Qm̃.n. (vt inquit Philop. in tp̃e sunt talia facta: tempus vero continuũ est, quia ipsius partes. s. Præterita & futura ad aliquẽ cõem terminũ. s. ad tẽpus p̃sens copulantur. Videmur in his facile nos habere quod ẽ in

K his alterũ alterius causa. Et ita per continuũ tẽpus intelligit correspondens & vnũ tẽpus: & inquit. ¶ In his autẽ causis: quæ non simul sunt, nunquid sint in continuo tempore: supple cũ suis effectibus: hoc est vtrũ in tempore suis effectibus correspondeant, sicut videtur prima facie nobis deceptis tẽporis continuitate: alia aliorũ causa esse, vt facti: esse altera: scilicet facta: & futuri: altera. s. futura: & eius: qđ fit. Si aliquid antea factum est: esse cã quæ fit. Patet igitur quæstio: quæ est an causæ p̃cedentes effectus, suis effectibus correspondeant secundũ eorũ temporum differentias. Patet & causa quæstionis, nam prima facie videtur ita esse ex temporis continuitate, adeo q̃ effectui facto causa respondeat facta: & effectui in fieri causa in fieri: & effectui futuro causa futura. Hoc modo Philop. intelligere videtur.

L Refutatio expõnis Philopo. Expositio Themi. ¶ Quæ expõ non placet: nã intelligẽdo sic quæstionẽ Aris. mouisset qõnem: & illam non soluisset, non.n. in hoc libro talem qõnẽ soluit. ¶ Themistius vero sic (vt mihi videtur) intelligit: cum enim Aris. declarauerat, in his causis, atq; in his medijs quæ simul sunt cũ effectibus ipsas causas & effectus quo ad tẽpus sibijnuicem correspondere: quia a causa de fieri sequitur effectus de fieri & econtra, & a causa de facto in præterito sequitur effectus in præterito: & econtra: similiter & de futuro: quęrit nunc: Vtrũ in causis non simul existentibus cũ suis effectibus: sint in continuo tẽpore. s. vt sibi ipsis correspondeant mutuo secundũ tempus. (Vt liceat syllogizari ab effectu in causam & econtra semper seruata temporis vnitate) sicut prima facie videtur nobis ex eo quia alia aliorũ causa est, vt facti facta: & futuri futura, & præsentis p̃sens. Cũ.n. videatur alia aliorũ causa: videbitur causa præ

M cedens & effectus mutuo conuerti seruata tp̃is vnitate. Hoc pacto si hæc verba exponantur, quæstio soluitur statim cũ inquit. (Est igitur a posterius facto) & reliqua. Et hæc expõ non displicet.

Sequenti pte text. Expõsitio Thomas. ¶ Expositor Thomas verba hæc aliter intelligit: & quidẽ nõ ab rõne: nã cũ Aris. ostẽdisset in his effectibus, q̃ simul sunt cũ suis causis esse mutuũ syllogismũ ab effectu ad cãm & ecõtra. Quærit nũc vtrum in causis: quæ cũ ,pprijs causatis simul nõ sunt, sint in cõtinuo tẽpore cũ suis causatis: & intelligit per continuum tempus (vt postea dicet) Ita vt facta cã mox sit fieri effectus, & cũ sit effectus mox fiat cã, ita vt sit dicere cãtũ secundũ tẽpus cõtinuũ sequaẽ ad cãm: sicut ecõtra ex cãto cã: ita vt̃ prima facie sicut vr̃ nobis alia aliorũ cã esse (vt facti facta) vt futuri futura: & præsentis præsens.

¶ *At constat in his ab eo rõcinationẽ extruẽdã esse qđ postea fuit, principia autẽ & eorũ ea sunt quæ prius fuerunt.* Quapropter *idẽ & in hisce quæ fiunt se ruandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit non extruitur ratiocinatio, ut quoniam hoc fuit hoc qđ est posterius ortum est, similiter & in futuro.* N

¶ *Et igitur a posterius facto. Syllogismus, principium autem & eorum est, quæ facta sunt, vnde & in his, quæ fiunt, similiter. A priori autem non est (ut quoniam hoc factum est) q. hoc posterius factum sit, & in futuro similiter.* A. Ac Igitur.

¶ Expositor Thomas propositã qõnẽ Aris. asserit soluisse ibi (Speculãdũ ergo quid est continuũ) Sed nescio cur hic cũ soluisse non putauerit: nã si sensus quæstiõis est (vt Thomas exposuit) An causæ quę non simul sunt cũ effectibus: sint in continuo tp̃e cũ suis causatis, hoc est vt e cãtis liceat ad cãs, & ecõtra syllogizare: cur hoc loco non soluit: nõ video, Vnde & Them. hic videtur colligere solutionẽ. Philop. etiã: & alij græci interpraetes inquit. Com. 87. Quæ San. Tho. O

Theo. phi. & alij græci. ¶ Est igitur a posterius facto. Sylls necessarius, & principiũ talis necessarij syllogismi est de numero eorũ, q̃ facta sunt, quasi dicat in talibus cõclusio est propositio significans causam, & mediũ propositio significans effectũ. Et non mõ in his quæ facta sunt principium syllogismi necessarij est effectus, sed etiã in his: quæ fiunt de præsenti similiter. A priori vero non est syllogismus necessarius ,pbans: videlicet: vt quoniã hoc factũ est: hoc posterius factũ sit. & sicut dixi de præterito & præsenti syllogismũ non esse necessariũ a causa ad effectum: & in futuro etiam similiter dico, hoc pacto potest esse solutio. ¶ Thomas tamẽ vult hoc non esse solutionem: sed quoddam per necessarium ad solutionem.

¶ *Siue nãq; determinatum, siue indeterminatum fuerit tempus, nõ erit unquã, ut cum hoc fuisse uere dicatur posterius inquã ipsum. In medio.n. tempore falsum erit profecto hoc ortum fuisse dicere altero iam orto. Eadem est & in futuro penitus ratio. neq; quoniam hoc fuit, hoc erit.* P

¶ *Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tẽpore. ut quoniam hoc uerum est dicere factum esse. hoc uerum sit dicere factum esse posterius. In medio.n. falsum erit hoc, iam altero facto. Eadem autem ratio est & in futuro.*

¶ Posset quis dicere: licet in talibus non sit necessarius syllogismus a causa ad causatũ secundũ tẽpus indeterminatũ, potest esse necessarius secundũ tempus determinatum. Quia licet non sequatur fuit fundamentũ factũ: ergo fuit domus facta, secundum tẽpus determinatũ sequi videtur: sequitur enim, Anno elapso fuit factũ fundamentum. Er go anno elapso fuit facta domus. Et de futuro ẽt sequi videtur: Anno proximo fiet fundamentum. Ergo anno ,pximo fiet domus: & de præsenti etiã sequitur: Pręsenti anno fit fundamentum. Ergo præsenti anno fit domus. Respondet & inquit. ¶ Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tempore necessario sequens: Vt quoniã hoc verum est dicere factum scilicet fundamentum, hoc scilicet domum verum est dicere factum esse posterius illo: scilicet tempore determinato, nam ex quo illud factum est tempore posterius. In medio tempore falsum erit dicere hoc factum esse. Altero iam facto, non.n. sequitur ergo domus anno elapso facta est: facto anno elapso fundamento. Et sicut dico de pręterito eadem est ratio & de præsenti & de futuro. Com. 88. Q

¶ *Mediũ.n. simul hẽat ortũ oportet, ut sit factũ factorũ futurorũ que futurũ, et cæterorũ silr̃. Ad id qđ fuit et id quod erit fieri nequit,*

A ¶ *Neq; quoniam hoc factum est.hoc erit. Medium enim simul ge nitum oportet esse, factorum factum, futurorum futurum, cum his quæ fiunt fieri. Cum his quæ sunt, esse. Sed futurum esse, & esse non contingit simul esse genita.*

Coelemen tare simul ige Cōtē poraneum Com. 89. ¶ Dices nunquid cā: quæ in præterito facta est: possit esse medium necessariū eius effectus: qui erit in futuro, vt fundamentum iam factum medium eius domus, quæ in futuro fiet, Respondet. ¶ Neq; quoniam hoc factum est.s. in præterito: hoc erit in futuro, non enim quia fundamētum factum est domus in futuro erit. Affert causam, & inquit: Medium.n. homogonū, hoc est cōtemporaneum oportet esse cum proprio effectu: vt factorum factum, futurorum futurum, cum his, quæ fiunt medium oportet fieri cum his effectibus, qui sunt medium oportet esse. Assignat autem causam Philoponus, quoniam quod factū est, nūquā est causa futuri. Sed futurum esse, & esse vel fieri non sunt Homogona hoc est contemporanea, vel coelementaria: ergo factum non potest esse medium necessarium ad effectum futurum.

B ¶ *Præterea fieri non potest, ut aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum mediū tēpus. Falsum.n. erit medio illud dicere tpe.*

¶ *Amplius neq; indeterminatum cōtingit, esse tempus medium, neque determinatum. falsum.n. erit dicere in medio.*

Com. 90. ¶ Occurres his, quæ dicta sunt, si non licet syllogizare a causa facta ad effectum futurum secundum absolutum tempus: nunquid liceat syllogizare secundum tempus determinatum (verbi causa) Heri fuit fundamentum. Ergo post duos, aut tres dies fiet domus. Respondet Aris. hic, & inquit. ¶ Amplius neq; determinatum contingit esse tempus medium inter causam factam & effectum futurū,

C ita vt fundamēto facto: dici possit post duos aut tres dies fiet domus. Neq; indeterminatum: ita vt possit dici fundamento facto, fiet domus: nulla temporis determinatione facta. Falsum.n. erit dicere in medio, hoc quia in medio tēpore contingit impediri: & ita contingit falsum esse.

¶ *Considerandum est autem quid nam sit quod cōtinet. ut in rebus post factum esse sit fieri. An patet facto fiens non hærere, nec enim facto factum etiam hæret. Sunt.n. fines ac individua, nā ut punctū pūcto nō hæret sic neq; facto factū. Ambo nāq; sunt indiuisibilia.*

Tex. 14. ¶ *Speculandum igitur quid est contingens ut post id, quod factum est sit fieri in rebus.* ¶ *An manifestum est, quod non est habitum cum facto quod fit. Neq;.n. factum cum facto. Termini.n. sunt, & Atomi. Sicut igitur puncta adinuicem nō sunt habita, neq; facta, utraq; enim indiuisibilia sunt.*

Com. 91. ¶ Mouet Aristo. circa ea: quæ dicta sunt, quæstionē non

D leuem, Nam nos videmus postquā factum fundamentū: statim fieri parietem: iterum facto pariete: videmus fieri domum. Ideo quærit Aristo. (vt Philoponus exponit).

Expositio Philop. Quid est causa in tali rerum generatione (vt post factū vnum sit fieri alterius) sic ordinate vsq; ad finem. Hæc.n. quæstio non est leuis. Quia non videtur materia facta prius (vt fundamentum causa ipsius fieri parietem) neq; factus paries causa ipsius fieri domum. Neque agens videtur esse causa copulans factam causam cum fieri scilicet factum fundamentum cum fieri parietem. Materia quidem non: quia materia non causat: nisi mota: agens minime: quia agens potest impediri. Ideo quæstio est non leuis de causa copulationis facti cum ipso fieri. Aristo. ergo pro solutione præmittit primo factum non esse facto habitum & causa est quia facta sunt indiuisibilia: modo vnum indiuisibile non est alteri indiuisibili habitum.

E Aris. ergo primo proponit quæstionē: cum inquit. ¶ Speculandum igitur quid est coniungens (vt post) quod factum est.s. fundamentum, sic fieri in rebus, cum materialis causa, nec effectrix esse possit. Pro responsione ergo p̄mittit factum non posse esse habitū facto, & inquit. An manifestum est: quod non est habitū cū facto id, quod fit: & ita quæstio supponit falsum. supponit.n. factū esse habitum ipsi fieri: quærit causam huius copulationis. Modo falsum est factum esse habitum ipsi fieri. Quod vero factum ipsi fieri habitum esse non possit: probat: & præmittit primo factū facto non esse habitum: & inquit. Neque.n. factū cū facto supple habitū est, cuius cām affert: cū inquit. Termini.n. sunt & Atomi facta ipsa. Tunc quasi resumens probationē, repetit suppositionē, & inquit. Si

F cut igitur puncto adinuicē non sunt habita: quia.s. sunt in diuisibilia: neq; facta sunt habita: Vtraq;.n. Punctū s. & factū indiuisibilia sunt, nō ergo factū facto habitū esse potest. Ex hoc vult habere factū non esse cām copulatiuā sui cū altero facto. Vt fundamentū: cū pariete: qm̄ cā nō potest copulatiua fieri cū aliquo esse nisi illi sit habita, ergo fundamentū non potest esse cā copulans se cum pariete, & ita nec alterū factum cū altero: & per consequens causa materialis prius facta (quā hic factū Arist. appellat) nō potest esse cā seipsam copulās cū altero facto, & tota cā est: quia factū (vt dicitur sexto physicorū) sicut & mutatū momēto cognoscitur, Et cū indiuisibile suapte natura nulli continetur: nulliq; habitum esse possit, vt ibidē dictū est. Iure factum facto non pōt habitū esse, ¶ Debes scire habitum esse in minus: q̄ immediatum: qm̄ immediatum non addit contactum: habitum vero addit: & ideo non possunt aliqua esse habita, nisi se mutuo contingant. Præterea secundum alios habitu includit situm, immediatum

G non. Ideo non possunt esse aliqua habita, nisi in situ aliquo collocentur. Quod si ita est: non ab ratione dictum est factum facto non esse habitum: cum sint indiuisibilia tempore quæ: & tactu: & situ carent in tempore.

A. te. 40. vsq; ad. 50

Circa prin. cipium Notandū.

¶ *Nec igitur ob idipsum facto fiens hærere potest. Fiens.n. diuisibile, factum indiuisibile constat esse. Vt igitur linea sese habet ad punctum, sic fiens ad factū. Nā in eo quod fit infinita sunt facta. Magis aūt de hisce clarius est dicendū in ulibus libris de motu.*

¶ *Neq; igitur quod fit, cum facto propter idem. Quod.n. fit, diuisibile est, factum autem indiuisibile, sicut igitur Linea ad punctum se habet, sic id, quod fit, ad factum. Sunt.n. infinita facta in eo, qđ fit. Magis autem manifestum in uniuersalibus de motu oportet dicere de his.*

H Com. 92. ¶ Præmissa suppōne: videlicet q̄ factū non pōt facto esse habitū:, ppter indiuisibilitatē facti, per quā nulli pōt esse habitū: nō ex suppositione: sed ex ratione: qua probauit suppositionē: Deducit secūdo factum non posse esse habitum ipsi fieri, nā cū factū sit indiuisibile: nulli habitum esse potest, propter sui indiuisibilitatem: quia nec indiuisibili, nec diuisibili. Est enim indiuisibile sua indiuisibilitate nulli habituabile, & hoc inquit. Neq; igitur quod fit: cū facto habitū esse pōt propter idē & ita non ex suppositione hoc deducit: sed ex ratione, quæ suppō, pbata fuit: propterea dicit, ppter idē: vt det intelligere ex, pbatione esse hoc deductū nō ex suppositione. Et q̄ ex suppositione non deductū sit hoc: sed ex suppositionis rōne: inquit. Quod enim fit licet supple diuisibile sit, & alicui habituabile: factum tamen quia indiuisibile est: nulli habituabile ē: quia neque indiuisibili, neque diuisibili, & ita nec ipsi

A *enim est habitum factum facto (ut dictum est). Attamen incipere necesse est a medio tantum, & ab ipso nunc primo.*

Com. 94. ¶ Sed quærit quæstionē quæ videtur cōtra ea, quæ dicta sunt. Dictū est.n. vnū factum nō esse alteri facto habitū: & immediatum: at nunc dicit semper posterius factū esse immediatum ꝓximo facto, & inquit. ¶ Nūquid semper extra cadet. s. factum post factum: per infinitum: siue in infinitum, & videtur ꝙ semper: quia vt dictum est factū non est habitu facto. ¶ Respondet hoc ꝓpositū nō tollere: q̄a siue ꝓcedatur in infinitū in factis: siue nō: semper necesse est in demōstratione taliū incipere quod est in ipso nunc primo, siue illi ꝓximo: & ꝓcedetur ad prius factū. Nō curauit aūt explicare vnū factū esse immediatum alteri, & quo non, quia in sexto explicauit. Factū.n. vt ibidem dicitur, pōt accipi pro facto cōpleto, quod dicitur factū in actu. Et pro facto incōpleto: qđ dicitur: factum in potētia.

6. phy. te. cō. 4.7. &. 59. Factū accipi pōt dupliciter.

B Loquendo ergo in factis in potentia factū facto nō pōt esse immediatū: quia inter quæcunq; duo talia mediat aliud factū in potentia. Nō.n. fieri potest fundamētū: nisi prius fiant eius mediatas: nec fieri potest eius medietas, quin prius fiat illius medietatis medietas: & sic in infinitū. In factis vero cōpletis, factū est immediatum facto: quia paries fieri pōt immediate post fundamentū: licet nō simpliciter immediate, quum fieri nō possit paries: quin prius fiat eius medietas: & iterum medietas medietatis in infinitum: bene ergo facto factū hic vult esse immediatū, quia loquitur de factis cōpletis: superius loquitur de factis incōpletis. Et sic, quæ dicit, bene dicta sunt.

¶ *Idem & in futuris seruandum est. Nam si uerum est, d, fore, uerum sit prius oportet, a, fore. Huius autem causa est ipsum, e. Etenim si erit, d, prius erit.*

C ¶ *Similiter autem est: & in eo, quod erit. Si.n. uerum est dicere quoniam erit, d, prius, e, erit. Si uero, e, erit, prius, a: erit.*

Com. 95. ¶ Ostendit & in futuris etiam demonstrationē in talibus fieri semper a posteriori ad prius, vt quoniam si domus erit, paries erit, & si paries erit, lapides parabūtur. Ergo si domus erit: lapides parabuntur Inquit. ¶ Similiter autem demōstratio fiet in eo quod erit: vtpote in futuris: quia semper a posteriori ꝓficiscendum est ad prius. Nam

D si verum est dicere: quoniam erit, d scilicet domus: necesse dicere: quoniā prius erit. a. s. ꝙ lapides parabuntur. Huius autem causa est. c. scilicet quia paries erit. quia (vt inquit) Si. d. domus erit: prius. c. paries erit. Si vero. c. paries erit prius. a. erit: scilicet prius lapides parabuntur. Patet ergo in futuris eodem modo demonstrationem fieri.

¶ *Similiter autem & in his ipsis infinitio diuisionis extitit. Futurum nāq; futuri non heret. Atque principium & in ijs est sumendum quod medio uacet. Hæc autem in ipsis operibus ita sese habent, ut diximus. Nam si domus extructa est: lapides incisos fuisse necesse est. At id quamobrem: quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si uero fundamenta iacta fuere, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit: pari ratione lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonstratur eodem. Iacientur.n. antea fundamenta.*

E ¶ *Similiter autem & infinita est decisio & in his. Non.n. erunt futura habita adinuicem. Principium tamen & in his sine medio accipiendum est. Habet autem se sic res in operibus, si facta est domus, & necesse est & decisos esse lapides. Et factum esse hoc propter quid est, quoniam necesse est fundamentum esse. Siquidē & domus facta est. Sin autem fundamentum factum est, prius lapides esse factos necesse est. Iterum si erit domus, similiter prius erunt parietes. (Demonstrantur autē & per medium similiter). Erit.n. fundamentum prius.*



F

Com. 96. ¶ Sed contra obijcit: quia & in futuris diuisio factorum erit in infinitum, ergo non possumus procedere ab vno facto ad aliud: factum nisi semper mediet aliud: quare demonstratio in talibus non potest esse per immediata. Inquit. ¶ Similiter autem & infinita est decisio & in his futuris. Non.n. (vt inquit) futura erunt adinuicem habita: q̄n semper mediet aliud factum. ¶ Respondet & inquit. Principium tamen & in his (vt in præteritis) siue medio accipiendum est. q. d. ꝙ siue procedatur in infinitum in futuris factis: siue non. Principium tamen quo ad nos sine medio accipiendū est. nam quo ad nos illud est principium,

G quod est apud nos primo factum: & tu intelligas illud eē primo factum quo ad nos, quod est cōplete quo ad nos primo factum, & non in potentia, quia sic non datur primum, tale.n. primo factū cōplete accipiendū est sine mēdio, ita vt factū sit primo, & nullum aliud cōplete factū præcedat. Et ponit exemplū in factis de præterito. Cū inquit. Habet autē se sic res in operibus. hoc est in factis cōpletis: vt si facta est domus necesse est & decisos esse lapides: & factum est hoc. i. & decisi sunt lapides ꝓpter quid est. i. ꝓpter id est: q̄m necesse est fundamentū factū esse: siquidem & domus facta est. Sin autem fundamentum est: prius lapides esse factos necesse est: & ita in præteritis: in futuris vero similiter. Iterū si erit domus: siīr prius erunt

H parietes. (Demonstratur autem & per medium similiter) hoc quia erunt parietes: q̄m erit fundamentū prius. Ergo a primo ad vltimū, si domus erit: paries erit, si paries erit fundamentum erit: si fundamentum erit, lapides erūt: quare si domus erit: lapides erunt. Tu vero hæc intellige (vt superius diximus). Diximus.n. superius facta siue in futuro fieri, siue in præterito sumantur: in potentia siue incomplete esse infinita, actu vero siue complete sumpta esse finita. Quare: vt incomplete sumuntur, nō possunt esse immediata: quia quibuscunq; duobus factis acceptis: inter ea mediat factum: Vt vero sumuntur cōplete: possunt esse immediata hoc pacto pōt demōstratio in talibus ex immediatis esse. ¶ Sed quæres vtrum demonstratio ab vltimo facto ad prius factum sit a causa: an ab effectu. Et dicendum vltimo factum vno modo esse effectum præcedentium. Alio modo causam. Est effectus præcedentium, quatenus præcedentia sunt causæ in genere causæ materialis: & efficientis illius. Est vero effectus: in genere causæ Dub. Solutio.

I finalis.Est autem finis præcedentiũ: inquantũ est in ipso nũc quod est finis pteriti:& principium futuri.Factũ vero mediũ:intantũ est principiũ atq; cã:inquantũ est propinquius primo,vt paries inquantũ est ,ppinquior ẽ domui,quare erit præcedentiũ finis subsequẽter vero finis. Et hoc intellexit Arist.cũ inquit.Attamen a medio incipiendum est.s.completo & actu & ab ipso nunc primo, hoc est indiuisibili & finali termino : qui est in ipso nunc: (hæc mihi videntur). Philoponus vero & Simplicius non bene(vt mihi videtur)exposuerunt.Tu vero quæ ipsi dixerunt bene per libra.

Sed quoniam in hisce quæ fiunt generationem quandam modo circuli conuerti uidemus, fieri potest, ut idipsum fieri: si medium, & termini mutuo se sequantur. In ijs enim consistit ipsis conuersio. Atq; idipsum in sermonibus primis ostendimus, conuerti inquam ipsas cõclusiones. hoc est.n. circuli mõ rõcinationẽ cõuerti.

K Tex.15. *Quoniam autem uidemus in his quæ fiunt: circulo quandam generationem esse: contingit hoc esse, siquidem consequantur sese ad inuicem medium & extrema. In talibus.n. conuerti est. Ostensum est aũt hoc in primis, qm cõuertũtur cõcl̃ones. Circulo aũt hoc ẽ:*

Cũ ostendit qũo licet demõstrare in his causis: quæ esse ctum præcedunt, & in his quæ simul sunt cũ effectibus, & qũo mediũ in talibus vtrisq; ẽ ordinandum. Nũc ostẽdit qũo demõstratio fiat in his, quorum alterũ est alterius cã:& ecõtra. Sunt.n. quædam quorũ alterũ alterius est cã, & ecõtra. Vt hõ ẽ cã hois, & ecõtra: & vt depluta terra cã de plutẽ terrę:& ecõtra:& inqt. Qm̃ ãt videmus in his, quæ fiunt esse quandam generationem circularẽ: hoc modo q alterũ alterius sit causa(vt.a.ipsius.b.&.b.ipsius a.etiam causa est)propter hanc circularẽ generationẽ: quã in rebus experimur: contingit simili ratione in demõstrati-

L uis hoc esse.s.circularem ostensionẽ: cõtingit dico circularẽ ostensionẽ in talibus: quæ circulo generantur : siquidẽ mediũ & extrema sese inuicẽ cõsequantur, hoc est si mutuo conuertantur. Vbi.n. mediũ & extrema circulo non conuerterentur, etiã si talia circulo fierent: circularis demõstratio non fieret. Vel aliter intelligit: vt legatur siquidẽ pro quia:& tunc est sensus: qm̃ uidemus in his, quæ fiũt: generationẽ aliquã fieri circulo , hac de causa contingit hoc idẽ esse in demõstratione.s.vt circulo sit: siquidẽ pro quia in talibus circulo factis mediũ & extrema adinuicẽ sese mutuo cõsequatur: qm̃ in his(vt inquit). Est conuerti

De hoc ut dc. z. pr. in cap. 5. vr per exẽpla demõstrabit. Nec hoc est nouũ: qm̃ in prioribus ostensum est conclusiones cõuerti ad ,ppões:& ,ppositiones cõuerti ad cõclusiones, hoc aũt quod est cõuerti cõcl̃ones ad ,ppões:& ,ppões ad cõcl̃ones ẽ circu

M lo demr̃ari. Quare patet in talibus: quæ circulari gñone gñanẽ, circularẽ fieri demr̃onẽ:& ita patet quõ demr̃o fiat in his, quorũ alterum alterius causa est:& econtra.

In rebus autem ipsis hoc uidetur fieri modo Humida facta plu uia terra uapor necesse est oriatur. Quo quidam orto nubem constare necesse est. Qua facta fieri aquam. Qua orta, terra pluuia necesse est humectetur. Hoc autem id erat quod initio sumpsimus. Quare modo circuli conuersio fuit. Quicquid enim ex hisce sumpseris, aliud sequitur quidem cũ sit aliud. Quod quidẽ cũ sit aliud itẽ est. Quod rursus cũ sit: primũ ipsum emergit.

In operibus autem uidetur sic. Depluta terra, necesse est uaporem fieri, hoc autem facto, nubem. Hac uero facta, aquam. Hac uero facta, necesse est terram deplutam esse. Hoc autem erat ex principio, quare circulo circuit. Vno.n. horum quouis existente: alterum est, & illo, aliud, & hoc, primum.

N





O

Assumpsit in his, q̃ fieri videmus aliq̃ circulo fieri : ita vt alterũ alterius cã sit:& econtra. Nũc ostẽdit talẽ generationẽ circulo fieri in aliqbus p exẽplũ, & ingt. In operibus aũt vr̃ sic.q.d.nõ solũ verbo patet assumptũ.sed opere,& ponit exẽplũ. Qm̃ depluta terra: necesse est vaporẽ fieri.hoc aũt facto & in sublimi collocato, necesse est nubẽ fieri.hac iterũ geniti, necesse est aquã gigni . facta iterũ aqua, necesse est terrã deplutã esse. Qd quidẽ a principio (vt ,ppõ)assumebatur,& cã: nũc assumitur (vt cõclusio) & effectus. Verificato assumpto: repetit qd ex assumpto intulerat, & inquit. Quare circulo circuiuit generatione: & ita demõstratio. Nã vno horũ quouis existẽte, alterum quoduis est. Nã depluta terra ẽnte, erit quoduis eorũ : q̃ in exẽplo assumpta sunt. Et illo ecõtra existẽte: alterũ iterũ quoduis erit. Et hoc existẽte quouis eorũ , erit primũ. Quare mediũ & extrema cõuertũtur, & ita demõstratio circularis. Sed occurres, quia primo huius demr̃o circularis reprobata est hoc modo facta. Nã si ex terra depluta demõstretur terra depluta: non plus haberetur ex tali demõstratione: q̃ si hoc est: hoc est:& ita facile esset omnia demonstrare. Iuniores dixerũt hoc fieri posse ,ppter differentiam numeralẽ: nã terra depluta, & terra depluta differunt numero. Quã rẽ expositor Thomas affirmat dicẽs: nõ fieri reditũ ad idẽ numero, sed ad idẽ specie . Sed cõtra: quia si reditus est nõ idẽ numero: sed ad idẽ specie, tũc demõstratio esset singulariũ, tã vt per quæ, q̃ vt quorũ. Esset.n. singulariũ p quæ, quia singularia demõstrant: & quorũ: quia singulariũ esset demõstratio. Depluta.n. terra: quæ demonstrat, differt numero a terra ipsa depluta: quæ demonstratur: ergo demonstratio esset a singulari ad singulare. Ideo primo huius Aris. negauit cõtrarias & concessit sub cõtrarias. Negauit .n. illa omniũ esse demõstrationẽ circularẽ:& illã nullorũ esse demõstrationẽ circularẽ, cõcessit vero aliquorũ. esse, & aliquorũ non esse. Aliquorũ quidẽ esse(vt inquit hic.) Quia eorũ quorũ generatio est circularis. Tũc possem dicere non eorum quorũ generatio ẽ circularis aliquorũ vero nõ esse: vt ad uersando his: quæ primo huius dixi, demõstrationẽ talẽ esse

Com.98. P Dub. t.6.c.if Solutio. Iuniorum Sã.Tho. Cõfutatio. Q Quæ Ar. Tex.6. com.31. Ad dubitationem.

A esse in singularibus secundũ rem: sed vt vniuersaliter concipiuntur. Terra.n. deplu ta vr̃ cõcepta cã est terræ deplutæ vr̃ cõceptæ (Licet vtraq; sit singularis secundũ rem) nec absurdũ arbitror de singularibus, & p singularia hoc modo demõstrationes circulares esse: Nã licet demõstrãs: & demonstratũ solo numero differant: intellectus illa cõsiderari vr̃. Tu vero lege, q̃ primo huius disputauimus.

Tex. 16. Sic verba interpretis. ἐπὶ τὸ πολὺ. Bonus Plinius barbã affecit. ¶ *Sunt autem rerum nonnullæ quæ fiunt uniuersaliter, semper n. & omnes aut eodẽ modo sese habent, aut eodẽ fiunt pacto. Nõ nullæ sunt rursus: quæ semper quidem non fiunt eodem modo, fiunt tamen plerunq;. Nam non omnis quidem mas homo barbã emittit. Fit autem plerunq;, ut homo mas barbam emittat. Talium igitur & medium esse plerunq; necesse est. Nam si tam, a, de, b, quã, b, de, e, uniuersaliter prædicetur: &, a, de, c, necesse est:*

B *& semper, & de quolibet prædicari. Id enim est uniuersaliter prædicari, & de omni semperq; dici. At supponebatur, a, plerunque de, c, prædicari. Necesse est ergo medium etiam ipsum, b, conditionem eandem subire: ac esse plerunq;. Erunt igitur & eorum quæ sunt plerunq; ea principia uacantia medijs, quæ plerũq; sic sunt uel fiunt.*

¶ *Sunt autem aliqua quidem, quæ fiunt uniuersaliter. Semper.n. aut in omni, aut sic se habent, aut fiunt. Alia uero semper quidẽ non: sed ut in pluribus sunt, ut non omnis homo masculus barbam emittit. sed (ut in pluribus.) Talium igitur & necesse est mediũ ut in pluribus esse. Si enim, a, de, b, prædicatur uniuersaliter: & hoc de, e, uniuersaliter necesse est, a, de, e, semper, & de omni prædicari. Hoc est enim uniuersaliter, & de omni, & semper, sed suppositum est ut in pluribus esse, necesse est ergo & medium ut in pluribus esse, quod est, in quo, b, Erunt igitur & eorum principia (ut in pluribus sine medio). Quæcunque (ut in pluribus sic sunt) aut fiunt.*

C



Cõ. 99. ¶ Ostendit non eodẽ modo ea quæ semp sunt demõstrari, & quæ nõ semp sunt. Et primo pmittit diuisionẽ eorũ quæ fiunt: siue eorũ quæ sunt: & diuisio debet sic cõponi secundũ Philoponũ. ¶ Sunt aũt aliqua quidẽ: quæ fiunt semp vr̃: & sup. tu, quædã, quæ sic se habẽt semp vr̃: cu lus cãm dicit: qa ea quę sunt semp vr̃: aut in omni, & semper sic se habẽt: aut in omni, & semp sic fiũt. In omni & semp sic fiũt (vt Philop. inqt). Vt ortus astrorũ: aut occa

Diuisio eorum quæ fiunt secũdũ Philo.

D sus: & ver fieri si sol est in ariete. In omni & semp sic se habent (vt Philo. inqt.) Quemadmodũ circulus est sphæricus: Deus est bonus, anima est immortalis: & id genus. Quare eorũ quæ semp sunt: duplicia sunt, aut quæ semp eodẽ modo fiũt: aut quæ semp eodẽ modo sic se habent. Alia: vero nõ semper sunt: qa nec semp fiunt: nec semper sic se habent, sed vt in pluribus aut fiunt, aut sic se habẽt. Vt omnis homo masculus barbã emittit: non.n. semper homo masculus barbam emittit, nec omnis homo: vt in pluribus: & aliqui.nã (vt Philop. inquit) Crassiores nõ habent pilos in genis eorũ. Ex hac diuisione infert, taliũ igitur quæ (vt in pluribus sunt) necesse est mediũ vt in pluribus esse, innuẽs eorũ: quæ semp sunt, mediũ esse debere vt semper. Probat aũt hãc cõclusionẽ Aris. per deductionẽ ad impossibile: siue deducẽdo ad oppositũ, sit cõclusio

E a.c. vt in pluribus mediũ vero.b. Vel igitur (vt in pluribus) & habetur proposita cõclusio: vel dicet quispiam ipsum necessarium esset & tunc.a. de.b. necessario prædicabitur, & .b. de.c. similiter: quare & .a. de.c. semp & de omni prædicabitur.i. de necessitate, hoc.n. est prædicatum necessarium, quod est de omni: vniuersale & semper supponebatur.a.c. conclusionẽ vt in pluribus esse: & sic deductum est ad oppositũ concessi. Propterea concludit, erũt igitur eorum quæcunq; vt in pluribus sic sunt, (aut fiunt principia ut in pluribus sine medio) quemadmodum & eorum quæcunq; semper sic se habent: aut fiunt principia semper sic se habentia sine medio, & per hoc vult habere tales demonstrationes non esse simpliciter scientificas cum non faciant simpliciter scire, sed secundum quid: cũ sint secundũ quid scientificæ. ¶ Sed occurres: q; bene.b. de.c. necessario prædicatur, cũ minor necessaria sit.a. autẽ de.b. non necessario, & sic non oportet cõclusionẽ esse necessariã. ¶ Potest dici mediũ.a.c. cõclusionis non posse dici mediũ necessariũ: nisi.b. ad.a. & ad.c. necessario se habeat. Et propterea Aris. hoc supponens: accipit.a. de.b. necessario prædicari: & .b. de.c. necessario similiter. Dubiũ. F Solutio.

¶ *At enim quonam pacto ipsum quid est ad ratiocinationis terminos accommodatur. Et quomodo uel est ipsius, uel non est demõstratio diffinitione, satis antea pertractauimus. Nunc dicendum esse uidetur, quonam pacto uenari nos ea oportet quæ hoc ipso quid est prædicantur. Eorum itaq; quæ semper cuiq; competunt, quædam extendunt sese quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur. Atq; ea sese ad plura extendere dico quæ quãquam uniuersaliter cuiq; competunt, non tamen soli, sed etiam alii insunt. Est.n. quoddam quod omni competit trinitati: & etiam non trinitati, id.n. quod est trinitati & etiam non numero competit. At impar inest & ipsum quidem trinitati, & alijs etiam pluribus. Quinario nãq; competit, non tamen genus egreditur. Quinarius n. numerus est, & nihil est extra numerum impar.* G

¶ *Quomodo quidem igitur ipsum quid est, in terminis assignetur, & quomõ est demõstratio, aut est definitio ipsius, aut non ẽ, dictum est prius. Quomõ autem oportet uenari in eo quod quid est prædicantia, nunc dicamus. Eorum igitur quæ insunt semper unicuiq;, quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus. Dico autem in plus inesse: quæcunque insunt quidem unicuiq; uniuersaliter. At uero & alteri: ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati, sicut ens inest trinitati: sed & nõ numero. Impar uero & inest omni trinitati: & in plus inest. Etenim ipsi quinario inest: sed non extra genus. Quinarius quidem n. numerus est: non aũt extra numerum impar est.* Tex. 17.

¶ Primo epilogat circa dicta, & inquit. ¶ Quomodo quidem igitur quod quid est in terminis assignetur: quia in terminis assignãtur. (vt mediũ) & quõ est demõstratio ipsius quod quid est: qm̃ est demõstratio (vt simul facta cũ cõclusione) vel diffinitio eius, vel quid nominis: vel quid rei: vel non est, dictum est. Sic igitur dictũ est prius ipsum quid est inter terminos demõstrationis assignari vt mediũ. Dictũ est etiã, ipsius quid est esse definitionẽ nominalem: & dictũ est ipsius nõ esse demõstrationẽ: sed in demonstratione accipi. Hæc de epilogo: subdit intentionẽ ad dicenda: & inquit. Quõ autem oportet venari ea, quæ prædicantur in eo, quod quid est: nunc dicamus. ¶ Animaduertẽdũ Aris. post ea: q̃ dixit de definitione ipsa: interposuit quõ per vnũquodq; genus cãe fieri possit demõstratio: nec ab rõne. nã ex hoc patet q̃libet genus cãs definitionẽ assignari posse. Præterea ex hoc patet mediũ & Cõ. 100. H Notanda.

I causam idem esse. Completo ergo hoc aggreditur quartum propositorum .s. quomodo definitio inueniri possit. Est autem duplex modus Inueniendi definitionem, compositio .s. & diuisio, seu resolutio: & cum cõpositio prior sit: quoniam ab vniuersalibus atq; simplicibus incipit. Iõ prius docet componere definitionem. Est autem (vt inqt. Philopo.) Methodus hæc cõmunis omnibus speciebus: & vniuersalibus definibiiibus indiuiduis exceptis, quorũ neq; definitio, neq; scientia est, & quia definitio est cõpositio ex genere & differentia. Venaturus definitionẽ alicuius rei, docet sumere vniuersaliora illius rei & excedentia illam rem: non tamen quæ excedunt illius rei: genus, nam quæ non excedunt genus rei definibilis: cum componuntur cum differentijs: non excedere debent rem definitam: sed cum illa conuerti: cum horum compositio sit definitio illius. nam compositio talis non est genus rei: cũ
K hæc cum genere conuertatur, genus non. Quare primo q̃ excedentia definibilem rem sint extra genus, & quæ non extra genus: exponit: & assignat hanc diuisionem, eorum quæ insunt rei definibili: quædam excellunt rem ipsam: non tamen transcendunt genus illius: vt impar inest trinitati: & quidem in plus, non tamen excellit numerum genus trinitatis: quæ insunt definito, & excedunt illius genus, vt ens: inquit. Eorum igitur: quæ insunt semper vnicuiq;: intellige vniuersaliter & temporis, & subiecti vniuersalitate: quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus illius: & exponit quæ dixit, & inquit. Dico autem in plus inesse: quæcunq; insunt quidem vnicuiq; vniuersaliter .s. & quo ad subiectum & quo ad tempus. At vero & alteri hoc est extra genus, vt est aliquid, quod om
L ni trinitati inest, sed etiam non trinitati .i. & etiam extra genus trinitatis alicui: vt ens inest trinitati: & extra etiam alicui non sub numero cõtento: & ita extra genus. Impar vero & inest omni trinitati: & in plus inest, non tamẽ extra genus numeri. Etenim ipsi quinario inest, sed non extra genus. Quinarius enim numerus est, non autem extra numerum impar est. ¶ Ex his patet hæc diuisio, eorũ quę alicui insunt vniuersaliter & semper, quædam insunt in æquo, quædam in plus: & eorum quæ insunt in plus: quędam insunt in plus extra genus prædicamenti rei quædã vero nõ extra genus p̃dicamẽti rei, hæc Aris. intelligit.

Duplex modus inueniendi definitionẽ cõpõ. s. & diuisio.

Diuisio Arist.

¶ Talia igitur consque sumenda sunt, quousq; tot fuerint sumpta primo, ut unumquodq; quidem illorum pluribus competat, cuncta autem simul non ad plura sese extendant. Hanc. n. necesse est substantiam esse rei diffiniende. Velut omni trinitati compe-
M *tit numerus impar primum utroq; modo, & quia non mensuratur numero: & quia non ex numeris constat. Id igitur iam ipsa trinitas est, numerus inquam impar primus: atq; hoc pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam uniuersis imparibus insunt, ultimum dualitati etiam competit. At uniuersa simul nulli præter trinitatem numero competunt.*

¶ Huiusmodi igitur accipienda sunt usq; ad hoc: quousq; tot accipiantur primum, quorum unumquodq; quidem in plus sit, omnia autem non in plus. Hanc. n. necesse est substantiam rei esse, ut trinitati inest omni, numerus impar primus utroq; modo, & sicut non mensurari numero: & sicut non componi ex numeris. Hoc igitur iam est trinitas, numerus impar primus: & sic primus. Horum. n. unumquodq; illa quidem & imparibus omnibus insunt. Vltimum autem & dualitati. Omnia autem nulli.

Cõ. 101. ¶ Cum posuit prædicatorum diuisionem: nunc ex tali diuisione docet Methodum: qua definitio habeatur: & primo Methodum: qua spetialissimarum definitiones colliguntur. Et consistit in hoc vt talium prædicatorum non excedentium genus rei definiendę tot: & eousq; assumantur quot & quousq; coniuncta rem definitam non excedant, & si seorsum singula in plus se habeant hoc pacto Themistius & Philoponus Methodum intelligunt. inqt. ¶ Huiusmodi igitur accipienda sunt vsq; ad hoc quousq; tot accipiantur primum hoc est In æquo: quorum sup. & si vnumquodque quidem in plus sit omnia autem simul iuncta non in plus sint. Dixit huiusmodi accipiant. s. quæ non excedant genus rei: cuius definitionem quærimus. Et huius methodi quasi rationem affert, & inquit. Hanc. n. necesse est substantiam rei: esse. q. d. Quoniam ea accipere debet artifex, quæ indicant substantiam rei, vt superius patuit. Modo tale coniunctum ex talibus prędicatis substantiam rei, inducat: ergo est definitio rei. Exem
N
O plũ affert. ¶ Vbi debes scire (vt Philoponus per pulchre exponit) q numerorum alij sunt primi, qui & incompositi ab arithmeticis dicuntur, & hi sunt: qui nec mensurantur ab alio quodam numero: neque constant ex numeris vt. iij. v. vij. & cæteri id genus. Alij vero secundi & compositi dicuntur: qui non ab vnitate sola mensurantur: sed etiam ab alio numero, & constant ex numeris: vt. ix. Mẽsuratur. n. & ab vnitate & a ternario. Ter. n. tria nouem sunt. Etiam constant ex numeris: quia ex tribus ternarijs. Similiter & . xv. & . xxi. nam . xv. & a ternario: & a quinario. Ter. n. quinq; sunt . xv. etiam . xxi. a ternario: & a septenario, quia ter septem sunt . xxi. Inquit. Vt omni trinitati inest totum hoc numerus, impar primus vtroque modo. Primus dicitur dupliciter: vel quia non mensuratur numero: vel quia non componitur ex numeris. Trinitati
P ergo inest numerus: ẽ enim trinitas numerus. Inest impar: quia est impar, inest primus vtroque modo, quia est numerus primus, & sicut nõ mensurari numero, & sicut nõ componi ex numeris: vtroque horum modorum trinitas est primus, tunc recolligit definitionem trinitatis: & ostendit Methodum per tale exemplum, & inquit. Hoc itaque iam trinitas est: videlicet numerus: impar primus, & sic primus (vt dictum est vtroque modo) quia nõ mẽsuratur numero, & quia non constat numeris. Dico numeris compluribus. Constat. n. numero: quia binario & vnitate, non tamen pluribus numeris. Vt animaduertit Philoponus. Complet Methodum & inquit. Horum. n. triũ, verbum vnumquodque superfluit ad sensum; illa prima duo imparibus omnibus insunt, videlicet numerus, & impar. Vltimum autem .s. primus illa duplici primitate: competit trinario: & dualitati. Dualitas enim est primus nu-
Q merus: quia neque constat numeris, neq; mensuratur numero. Omnia autem simul nulli competunt præter q̃; trinitati. Et sic patet exemplum & regula.

Notandũ Numeri alij sunt primi, aliĩ secundi.

¶ Cum autem necessaria quidem sint ea quæ hoc ipso quid est prædicantur, ut antea patefecimus, uniuersalia nãq; necessaria sunt, trinitati uero uel cuius alii sic competunt ea quæ sumuntur, hoc modo necessario quidem trinitas ea quæ diximus erit.

¶ Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus. q necessaria quidem sunt in ipso quid est prædicantia. Vniuersalia autẽ necessaria sunt. Trinitati autem: & cuilibet alteri sic accipiuntur in ipso qd ẽ accepta. Sic qdẽ utiq; ex necessitate erit trinitas hæc.

¶ Duo de definitione propria constituta sunt, & q insit rei definitæ: & q insit illi solum: & alteri nulli. Probat ergo primum de definitione cõstitutum, vz q definitio in- Cõ. 102.

sit rei

A fit rei definitę & hoc in exemplo: quod de trinitate attulit:& syllogizat hoc pacto. Necessaria prædicantur in qd & insunt ei, cuius sunt necessaria. Vniuersalia autem omnia: quæ ponuntur in definitione trinitatis:sunt necessaria ergo insunt trinitati & prædicantur in quid de illa. Et sic per tale exemplum vult habere vniuersaliter definitionē inesse definitæ rei:inquit. ¶ Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus.s. primo libro q necessaria quidē insunt rei, cuius sunt: & prædicantur de illa in eo quod quid est:& intellige de his necessarijs, quæ per se primo in sunt rei:hæc est maior. Vniuersalia autem necessaria sunt: exponit in exemplo:quæ vniuersalia:& inquit Trinitati autem & cuilibet alteri definibili sic accipiuntur in ipso quid est accepta, scilicet vniuersalia necessaria. & sic habes minorem videlicet q ea vniuersalia quæ accipiuntur

B in eo quod quid est trinitatis:& non solum trinitatis:sed definibilis cuiuslibet : sunt necessaria scilicet per se primo prædicata : dat conclusionem:& inquit. Sic quidem vtique ex necessitate erit trinitas hæc simul iuncta:& sic patet primum constitutum de definitione, videlicet q insit definito. Philop. vero syllogizat ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Ideo eius expositio non placet.

Syll. tex. · T. 10. c. 11 · Philopo.

¶ Substantiam autem hæc eius esse rationem uel ex hisce patere potest. Nam si id quod assignauimus non sit ipsius ratio trinitatis, necesse est ipsum quasi genus quodam ipsius esse, aut nomine uocitatum, aut nomine carens. igitur non trinitati modo sed præter ipsam alijs etiam competet. Genus enim huiusce modi ponatur esse naturæ, ut insit potentia pluribus, atq; ad plura sese extendat. Quod si istud præter indiuiduas alij nulli competit rei, id erit profecto ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur id cuiusq; substantiam esse, quod ultimum de indiuiduis tali dicitur modo. Quare similiter & in quibusuis alijs id erit cuiusq; ratio, quod hoc ostenditur modo.

C

¶ Quod autem substantia sit, ex his manifestum est, necesse est enim si hoc non sit trinitatis esse:ut genus aliquod esse hoc : aut nominatum, aut inominatum. Erit igitur in plus quā trinitati inexistens. Supponatur.n. huiusmodi esse genus, ut quod insit secundum potentiam in plus. Si igitur nulli inest alteri quā atomis trinitatibus, hoc utiq; erit trinitatis esse. Supponatur enim & hoc substantia uniuscuiusq; esse, quæ in atomis ultimum huiusmodi prædicatum est. Quare similiter & alteri cuilibet sic demonstrata totum hoc huic esse erit.

